DE JURIBUS FEMINARUM SINGULARIBUS IN FEUDIS, COLLATIO JURIS COMMUNIS CUM POMERANICO, QUAM...

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI FRIDERICI GVILIELMI,

MARCHIONIS BRANDEBURGENSIS, SACRI ROMANI IMPERII ARCHICAMERARII ET ELECTORIS, SUPREMI BORUSSIÆ PRINCIPIS, MAGDEBURGI, JULIÆ, CLIVIÆ; MONTIUM, STETINI POMERANORUM, CASSUBIORUM, VANDALORUM, NEC NON IN SILESIA CROSNÆ ET CARNOVIÆ

DUCIS

BURGRAFFII NORIBERGENSIS, PRINCIPIS HALBERSTADII, MINDÆ ET CAMINI, COMITIS MARCÆ ET RAVENSBERGÆ, DOMINI RAVENSTEINI, LAUENBURGI ET BUTOVIÆ &c. &c. &c.

DOMINI MEI CLEMENTISSIMI

CONSILIARIIS INTIMIS

REVERENDISSIMIS, ILLUSTRISSIMIS,
GENEROSISSIMIS ATQUE EXCELLENTISSIMIS
DOMINIS

DNO OTTONI LIB: BARONI A SCHWERIN,

ELECTORATUS CAMERARIO HEREDITARIO ET CAMERÆ PRÆSIDI SUPREMO, AULÆ ELECTORALIS MAGISTRO, ET ECCLESIÆ CATHEDRALIS BRANDEBURGENSIS PRÆPOSITO, DOMINO IN VETERI LANDSBERGA, ZACHAN, WILDENHOFEN, DRAWITZ &c.

DNO LAURENTIO CHRISTOPHORO A SOMNITZ,

DUCATUS POMERANIÆ ET PRINCIPATUS CAMINENSIS CANCELLARIO ET CAMERARIO HEREDITARIO, SUPREMO DITIONUM LAUENBURGENSIUM ET BUTOVIENSIUM GUBERNATORI, DOMINO IN GRUNSDORF, GONNE DRENO &c.

DNO CHRISTOPHORO CASPARI LIB: BARONI A BLUMENTHAL,

CAMERARIO ET GUBERNATORI IN LEHNIN. S. JOHANNITARUM ORDINIS EQUITI, ET COMMENDATORI IN SUPPLINGENBURG &c.

DNNNIS MEIS GRATIOSISSIMIS.

Hoc quantulumcunque eſt
in ſignum devoti animi
ſacrum eſſe volo

MATTHÆUS WENDT.

J. N. D. N. J. C.

PRÆFATIO.

PAucæ conceſſere ſeptimanæ, ex quo poſt exacta feliciter Divinâ aſſiſtente gratiâ, examina Doctoralia, per honorificum ab Ampliſſimo JCtorū Ordine Decretum, facultas conſcribendi Diſputationem Inauguralem, eamque publicè & ſine Præſide pro Licentiâ ſummos in utroque jure conſequendi honores & privilegia Doctoralia habendi mihi facta eſt. Et cum ſæpius hucuſque cogitaverim de materia tanto ſpecimine dignâ tandem obvenêre feminarum jura in feudis, in quorum traditione jus Patrium ita admonitus à Quinto Mucio *in l.2.§.43.ff.d.O.J.* quantum ex eo ſcire licet cum communi conferre conſtitui. Materia ſanè frequentiſſima juxtim ac in foro verſantibus utiliſſima & fructuoſiſſima; cujus equid. utilitas ſuſpenſâ hederâ atque longâ

gâ recommendatione non indiget, quippe cum ipſamet ſeſe oſtendat, quemadmodum Ulpianus legum Coryphæus *l. 13. § 2. ff. d. excuſ. tut.* Reſtitutionum materiam miratur *in l. 1. ff. d. in integr. reſtit.* Res tamen gravis; cui imparem invenio & ætatem & ingenium, adeò ut non pro ipſius dignitate, ſed pro horum viribus eam adumbrare cogar. Antequam autem me ad telam, quam ſumpſi, pertexendam accingam, Jehovam Omnipotentem & miſericordem, qui principium medium atque terminus eſt Nov. CIX. ſupplici votivoque pectore adoro, ut ſanctum ſincerumque jus ſuggerat, meque ſic regat, ut propoſitum thema rectè & juridicè exponam, atque adeò hæc opella mea Juſtitiæ, cui nomen dedi, promovendæ ſubſerviat. Sic univerſa benè geruntur & competenter, ſi modò principium fiat decens & amabile DEO. Nov. quomodo oporteat 6. in fin. præfat.

DISSERTATIONIS INAUGURALIS

DE

JURIBUS FEMINARUM SINGULARIBUS IN FEUDIS, TAM EX JURE COMMUNI QUAM SPECIALI POMERANICO.

PARS I.

Continens Generalia.

CAPUT I.

De Feudorum Diviſione.

THESIS I.

JUra Feminarum ſingularia in feudis, eaque principaliora Divina opitulante gratiâ exhibituri, ut eo felicius in poſterum progredi poſſimus, generalia quædam de feudorum natura atque diviſione præmittere operæ pretium duximus, quæ enim qnotidiana ſunt & neceſſaria, plenius attingenda eſſe monet Paul. *in l. 25. ff. de lib. legat.* & Ulp. *in l. 1. pr. ff. de ſuſpect. tut.* Cum itaque materia diviſionis feudorum, quotidie tam in foro quam in ſcholis occurrat, & ad diſtinctam feudi cognitionem perneceſſaria ſit Ludvv. *de diviſ. feud. cap. 1. pr.* Non enim omnium feudorum eadem eſt ratio, ſed ingens diverſitas, qua unum ab alio diſcernitur, ideoque eam, in quantum tamen inſtitutum noſtrum permittet, paululum examinaturi ſumus.

II. Eſt autem diſtributio ut Logici docent, totius in partes, quæ vel ut cauſæ conjunctæ totum illud conſtituunt, vel ut Effecta ab illo conſtituuntur, vel ut adjuncta illi accedunt. Et

cum de feudorum diſtributionibus quæritur, prima eſt illa, quæ ex cauſis eſt. Oſtenditur enim qui feuda conſtituant, in quibus rebus & quomodo quæ omnis diſpectio in cauſis eſt, vid. Herman. Vultej. *de feud. lib.1. cap. 8. n.1.* ſed eam jam non facimus noſtram; tantum de altera illa & tertia, ex eorum effectis eorundemque adjunctis deductâ aliquid acturi ſumus, quam utramque interpretes noſtri ita confusè, ſi ita fari licet, tradiderunt, ut ſibi ipſis in pleriſque non conſtiterint, & vere ſcribit Curtius Jun. *in Tract. feud. p.1. quæſt. 8. in pr.* in diſtribuendis feudis tot ferme fuiſſe ſententias, quos fuerunt capita. Nam ut maximè omnes in eo conveniant, tradente Vult. *d. cap. 8. in pr.* diſtributionum alias eſſe textuales, alias Magiſtrales, ut loquuntur, i.e. alias textibus Juris feudalis expreſſas eſſe & probari: alias ab Interpretibus confictas. Afflict. *in prælud. feud. num. 90.* Mozz. *d. diviſ. feud. in pr.* hactenus tamen de diſtributionum illarum numero & veritate convenire non potuit. *Quidam* enim 4. diviſiones adferunt. Guilh. Forner. *in proœm. feud.* *Alii* poſuerunt 5, ut Duar. 12. *feud. c. 4.* Giph. *c. 4. n. 14.* *Alii* 7, 10. Zaſius *in epit. feud. p. 2.* *Alii* 8. ut Borcholt. *cap.* 4. Hunnius *c. 6.* *Alii* 8. ut Joh. Gemmel. *in compend. jur. feud. p. 2.* *Alii* 10. ut Jac. de Bellov. *de uſib. feud. in princ.* Ant. Cont. *in method. feud. c. 3.* *Alii* 11. ut Bald. *in prælud. feud. à num. 13. ad fin.* Jac. de Bellov. *c. 1.* *Alii* 12. ut Schneid. *p 1. à num. 130. ad fin.* *Alii* 13. ut Jac. de S. Georg. *tract. feud. §. in feudum n. 5. & ſeqq.* Schneid. *c. 1.* *Alii* 14. ut Sonsbec. *part. 3.* *Alii* 17. Jacob. de Franc. *in prælud. feud.* *Alii* 20. ut Præpoſ. *in prælud. feud.* & Rebuff. *in arb. feud.* *Alii* 22. ut Alvar. *in proœm. feud.* Imo nonnulli 100. feudorum genera enumerant, ut Joh. Thom. de Marin. *de generibus & qual. feud.* de quibus vid. Vultej. *d. c. 8. in pr.* & Ludvv. *c. tr. it. in Synopſ. jur. feud. c. 3. pr.* Nos omnes iſtas hac vice examinandas non aſſumemus; ſed aliquas ſaltim, eaſque principaliores, quæ diſcurſui huic viam ſternere poſſe videntur, paucis videbimus.

III. Eſto igitur nobis prima diviſio, ex adjuncto qualitatis petita. Vultej. *d. c. 8. num 76.* quâ feudum aliud proprium ſtatuitur aliud non proprium, vel ut vulgò Dd. loquuntur improprium quam diviſionem ſummam & generaliſſimam vocant, Schrad. *p. 2. c. 3. in pr.* & Roſenth. *c. 2. concl. 52.* quia vix ullum feudum dabitur, quod non ad alterum horum aptè referri poſſit, uti

monet

monet Curt. Jun. *part.* 1. *q.* 8. *n.* 1. quem poſtea ſecuti ſunt Ferrar. *lib.* 1. *de feud. c.* 6. Sonsbec. *p.* 3. *n.* 1. Weſenb. *de feud. c.* 2. *n.* 3. & noviſſimè Mozz. *de diviſ. feud. n.* 35. & Ludvv. *Synopſ. feud. c* 3 *inpr.* ut & *in d. tr. pr.* nec obſtant quæ Vult. 1. *Feud. c.* 8. *n.* 2. & Rittersh. *in part. feud. c.* 4. *quæſt.* 1. contra eam diſputant, quibus ſatis facit Ludvv *c. l.*

IV. Feudum proprium eſt, quod ad propriam feudi naturam, ſive ut Obertus loquitur 2. *Feud.* 2. §. *præterea.* ad rationem feudorum communem, quam ex Jure vel conſuetudine feudali habent, prout ea deſcribitur. 2. *Feud.* 23. §. 1. eſt conformatum, 1. *F.* 2. *ibi: nomine proprii feudi.* Schrad. *p.* 2. *c.* 3. *n.* 1, Vult *d. c.* 8. *n.* 77 Sichard. *conſ. feud.* 6. *n.* 11. Brevius autem ita à Ludvv. definitur *dd. ll.* Feudum proprium eſt, quod communem & propriam feudi naturam habet. Hanc feudorum naturam quidam appellant communes feudorum proprietates, Weſenb. *d. c.* 2. *n.* 2. Nonnulli qualitates feudis naturaliter innatas Borch. *cap.* 4 *n.* 25. quæ in genere quidem omnibus inſunt feudis, in ſpecie verò interdum à feudis abſunt, nimirum, ſi vel jure quædam excepta reperiantur, vel facto aut conventione hoc ita actum ſit. Habent jure civili etiam omnes atque ſinguli contractus ſuam certam naturam, intra quam coërcentur. Habentque eam naturam, non ex hominum conventione, ſed ex Juris diſpoſitione, à qua nonnunquam receditur pactis contrahentium ſpecialibus à jure permiſſis. Ita jure ſeu conſuetudine feudali, feudum in genere certam ſuam habet naturam, quæ ſi feudo, quod conſtituitur, relinquatur, feudum facit eſſe proprium.

V. Idem Dd. eſt, cum feudum aliud dicitur eſſe *rectum*, aliud *non rectum* per *c. ſciendum.* 2. *Feud.* 33. Curt. *d. c.* 9. *n.* 18. Weſenb. *c.* 2. *n.* 2. Schrad. *d. c.* 3. *n.* 1 quamvis *rectum* nimis ambigue dicatur tam in jure feud. quam apud Interpretes prout docet Vult. *d. c.* 8. *n.* 76 & Ludvvel. *de diviſ. feud. c.* 1. §. 2. *inf.* (1) enim dicitur reſpectu feudi conditionati, ſive ejus, in quo certa & determinata ſervitia præſtanda ſunt. *arg. c. quidam* §. *fin. ibique Gloſſ.* 2. *F.* 51. (2) reſpectu feudi, quod perpetuum non eſt, ſed temporale, nec ad heredes tranſitorium. *arg. c. ſi autem* §. *item ſi Vaſallus* 3. 1. *F.* 4. (3) denique reſpectu feudi cujus poſſeſſionem Vaſallus non legitimè & ſolenniter præcedente Domini licentiâ & præſente atque aſſiſtente curiâ conſecutus eſt *c. ex eo* 2. *F.* 20. Alvarot. *in proœm. feud. n.* 31. Curt. *d. c.* 9. *n.* 18. Nicol. Intrigl. *de feud. q.* 26. Quocunque tamen reſpectu feudum dicatur *rectum*, nunquam id eſſe improprium; ſed ſemper proprium poſt Curt. Jun. *p.* 1.

q. 9. n 18. docet Vultej. *d. l.* Verum malè *per c. inveſtitura §. ſi verò Vaſallus 2. F. 2.* Alio modo & itidem in exceſſu peccare videntur Hotom. *in Comment. d. verb feud.* & Niell. *D. feud.* 8. *th.* 1. *lit. A inf.* qui contendunt *rectum feudum* in Jure noſtro nullo modo ſignificare feudum proprium, ſed feudum juſtum quod recto jure, juſto & legitimo modo conſtitutum juſtâque inveſtitura quæſitum eſt. *arg. d. c. inveſtitura §. ſi verò. 2. F. 2. c. ex eo 2. F. 20. c. ſciendum 2. F. 33.* Gothofr. *in not. ad d. c. inveſtitura. §. ſi verò 2. F 2.* ex collatione enim *d. c. ſciendum 2. F. 33. & c. ſciendum eſt 1. F. 25* haud obſcurè colligitur, *Rectum in d. rubr. 2. F. 33.* ejuſmodi feudum ſignificare, quod regularem & propriam feudi naturam habet, neque conſuetudine, neque pacto aliquo immutatam, Mediam igitur exemplo Juſtin. *in §. ult. inf. J. qui & ex quib. cauſ. manumit. non poſ.* viam eligentes, hanc conſtituimus Regulam. *Omne feudum proprium dici quidem poſſe rectum*, quod negavit Hotom. cum Niell. ſed non vice verſâ; *Omne feudum rectum, ſtatim eſſe proprium,* id quod voluit Vultej.

VI. Reſtat alterum diviſionis hujus membrum definiendum; Eſt autem feudum improprium vel potius non proprium, quod aliqua ſui parte, tametſi non omni à communi & conſuetâ illa feudorum natura & ratione recedit. Unde etiam dicitur *feudum degenerans* Vult. *d. c.* 8. *n.* 79. Ludvv. *de diviſ. feud. c.* 4. §. 1. *inf.* Zaſ. *d. feud. p. ult. n.* 2. item *feudaſtrum.* Hotom. *Diſp. d. feud. c.* 6. *inf.* & ex eo Rittershuſ. 1. *part. feud. c.* 4. *q.* 1. adde Sonsbec. *d. feud. p.* 4. *n.* 6. & 40. Aliter Schrad. *tr. feud. p.* 2. *c.* 3. *n.* 2. eumque ſecutus Roſenth. *c.* 2. *concl.* 52. *in not. lit. D.* Feudum *inquiunt* improprium ſeu non rectum dicitur illud, in quo ſubſtantialibus vel naturalibus feudi, pacto, ſtatuto vel conſuetudine derogatum eſt, vel cui extranea pacta vel conventiones appoſitæ ſunt, ſed hi perperam etiam ſubſtantialibus feudi pactis derogare poſſe exiſtimant, cum pacta contra ſubſtantiam feudi adjecta, illud non alterent & improprium efficiant, ſed planè in aliud negotium mutent & transforment *l. pacta 72 ff. de contrah. emt. junct. l. 6. ff. de P. V. & l. 6. §. 1. de act. empt.* Zaſ. *de feudis p.* 1. *n.* 7. *& ſeqq.* Arum. *D. feud.* 1. *th.* 35.

VII. Ad Majorem harum deſcriptionum Declarationem notanda hic eſt vulgata Dd. diſtinctio, quod cujuslibet contractus aut negotii quædam ſint ſubſtantialia, quædam naturalia, & quædam accidentalia, quicquid enim de re prædicatur, neceſſe eſt, vel ejus

genus

genus ſit, vel differentia vel proprium vel accidens. Genus & differentia eſſentiam conſtituunt, proprium autem neceſſariò eſſentiam conſequitur. Atq; hæc duo JCtis vocantur *ſubſtantialia l.72. voc. ſubſtantia d. contr. empt.* ac ſolent quoque Philoſophi utraque *eſſentialium* nomine complecti, hæc in *eſſentialia conſtituentia & conſequentia* diſtinguentes. Martinus Caſel. *Diſp. Metaphyſ.*1 §.25. Hen. Ludov. Caſtanæ *diſt. philoſ. voc. eſſentiale*. Dicuntur hæc *ſubſtantialia* de re modo per ſe dicendi *primo* (nimirum genus & differentia) & *ſecundo* (ſcil. proprium) adeoq; omni & ſemper inſunt, nec poſſunt ſalva eſſentia immutari vel abeſſe quæ verò neutro modo h. e. nec primo nec ſecundo modo dicendi per ſe, de re dicuntur, *accidentia* appellantur ut docet Ariſtoteles 1. *poſter. Analyt.*4. *& 1. Top 4. dicens.* Accidens eſt, quod nec eſt definitio nec proprium nec genus, rei autem convenit: & quod cadere poteſt in rem unam aliquam & in eandem non cadere. Hæc accidentia in legalibus præſertim rebus & actibus ſunt duplicis generis, *quædam* ex eſſentia quodammodo fluere videntur, ita ut ſecundum legum diſpoſitionem, licet non exprimantur, inſint, aliter tamen de iis ſalvâ eſſentiâ ipsâ poſſit convenire *l. 11. §.1. de act. empt.* & hæc *naturalia* vocantur *arg. d. §.1. verb. naturaliter. l.5. §. pen. d. P.V. quædam* verò plane non fluunt ex eſſentia, ſed per pacta contra vel præter ea, quæ reguläriter inſunt, adjiciuntur & in ſpecie *accidentalia*, item *conventionalia* dicuntur. v. D. Struv. *Synt. jur. civ. D.6 th.23.*

VIII. Sunt itaque *Subſtantialia* contractus, quæ ad ipſius eſſentiam ſpectant, ac ſine quibus is ſubſiſtere nequit *l. Julianus 9. §. ſed ſi quis 3. ff. ad exhibend.* ſive eſſentiam conſtituant: (Sic in quolibet contractu ſubſtantiale requiſitum eſt conſenſus *l. 1. §. f. ff. de pact.* ac in ſpecie, v. g. in ſtipulatione, interrogatio & in continenti facta reſponſio *l.1. ff. d. V.O.* in emptione & Venditione conſenſus initus de certa merce pro certo pretio tradenda. *§.2. J. d. empt. & vendit. l.1.2.8. 9.57. & l. pacta 72. ff. d. contrah. empt.* in locatione merces *pr. J. d. locat. conduct. & l.2 ff eod.* in ſocietate rerum communio *l.3. l.37. l.44. ff. pro ſocio*) ſive eandem neceſſario conſequantur (ſic in genere omnium conventionum ſubſtantiale ſeu eſſentiale conſequens eſt præſtatio doli *arg. l. 27. §.3. l.35. ff. de pact. l. contractus 23. d. R. J. l.1. §.7. depoſ.* in ſpecie vero emtionis venditionis, traditio, pretii numeratio, & dominii translatio in emptorem *l. cum manu 80. §. ult. ff. de contrah. empt. §.1. J. d. empt. & vend. §.2. de donat. §. vendita 42. d. R. D. l. 50. d. act. empt.* in ſo-

cietate participatio lucri & damni *l. ſi non 29. §.2. ff. pro ſocio Zaſ. lib. 1. ſing. intel. c. 12. num. 2.*

IX. Naturalia (quæ & *adminicula* vocantur *l. pacta conventa 72. pr. d. contrah. emt.* Vinn. *c. 9 n.5.*) ſunt, quæ negotio, etſi non exprimantur ſecundum ipſam legis diſpoſitionem regulariter inſunt, conventione tamen partium abeſſe vel mutari poſſunt *v. l. ex emto 11. §. 1. d. act. empt.* ſic *e g* emt. vend. naturale eſt præſtatio evictionis *d. l. 11. §. 2.* mutui, ut eadem bonitate reddatur qua datum eſt, *l. 3. ff. ſi cert. petat.* contractus emphyteutici, ut fundi emphyteutici interitus & damnum totale ad dominum: particulare vero ad emphyteutam pertineat *§. adeo 3. J. de locat. & conduct. l. 1. C. d. Jur. emphyteut.* dotis rerum immobilium, ut non ſtatim poſt divortium ſed intra annum demum à muliere peti poſſit *l. un. §. 7. verſ. exactio C. de rei ux. act. l. ſi unus 27. §. 2. verſ. quod & in ſpecie ff. d pact.*

X. Accidentalia denique ſeu conventionalia ſunt, quæ præter eſſentiam contractus, aut contra ejus naturam regularem conventione ſingulari adjiciuntur, & quibus illius natura vel augetur vel minuitur *d l. 11. §. 1. d. act. emt. d. l. 7 §. 5. d. pact.* velut in depoſito, ut præſtetur omne periculum *l. 7. §. ſed etſi 15. ff. de pactis l. 1. §. ſæpe 35. ff. depoſ.* in ſocietate ut ad unum ſociorum lucri duæ partes pertineant, damni tertia, ad alterum vero duæ partes damni & lucri tertia *§. de illa 2. J. d. ſociet.* ut in mandato quod natura ſua gratuitum eſt *l. 1. §. f. ff. de mand.* honorarium interveniat *l. ſi remunerandi 6. pr. ff. d. t.* v. de his omnibus prælaud. Dn. Struv. *d. Diſp. 6. th. 14* & Ludvv. *d. diviſ. feud. c. 1. ſub. R. 1.* quanquam hic paulò aliter materiam hanc tractet. Sunt enim ipſi tantum ſubſtantialia, quæ nos vocavimus eſſentialia conſtituentia. Naturalia verò ille ſubdividit in interna ſeu inſeparabilia & externa ſeu ſeparabilia; Illa vocans quæ nos diximus eſſentiam neceſſario conſequi & à Philoſophis appellari eſſentialia conſequentia. Hæc verò, quæ nos ſimpliciter naturalia eſſe diximus, de quibus videri poteſt *e. l.*

XI. Quod autem de contractibus aliiſq; negotiis hactenus dictum, ad feudum quoque accommodandum eſt, quod & ipſum ſua habet ſubſtantialia naturalia & accidentalia Ludvvel. *d. l.* Zaſ. *in tr. feud. part. 1. num. 7.* Schrad. *p. 2. c. 2. num. 24.* Subſtantiale eſt *fides ſeu fidelitas.* Zaſ. *d. p. 1. n. 2.* Vult. *lib. 1 c. 6.* Schrad. *d. l. n. 25.* Ludvv. *S. F. c. 2. in pr. & c. 14. in pr.* Hinc eſt, quod Feudiſta *in c. inveſtitura inf. 2. F. 3,*

feudum

feudum à *fidelitate ſeu fide* appellatum dicat vel à *ſede*, quod Longobardis & Italis fidem ſignificat v. Vultej. *d. lib.* 1. *c.* 1. *& c.* 6. *n.* 1. Niell. *D. Feud.* 1. *th.* 6. Setz. *D.* 2. *th.* 1. *lit A.* ex qua fidelitate tanquam forma feudi Vaſalli, latinis dicuntur *fideles; c quia* §. 1. *&* 2. 1. *F.* 1. *c. quia ſupra* 1. *F.* 5. *& c. ſi contentio* 1. *F.* 10. Germanis Getreue ideoque feudo conceſſo intelligitur, conceſſum eſſe ſub conditione illa, ſi fidelis erit, daß der Lehn Mann dem Lehn Herren getrew vnd hold ſeye Curt. Jun. *p.* 5. *n.* 2. *verſ. iſta ergo.* Afflict. *deciſ. Neap.* 282. *n.* 15. Alc. *conſil.* 99. *n.* 27. Menoch. *conſil.* 99. *n.* 138. *vol.* 1. rem enim quamlibet ſicut ſuum eſſe ita & nomen à forma quam, habet, accipere docent Philoſophi. Eo ipſo igitur, quod Obertus *in d.* §. *f.* feudum à fide ſeu fidelitate dictum eſſe docet, etiam fidem ſive fidelitatem eſſe formam feudi propriam ſeu ipſam ſubſtantiam ut Dd. loquuntur, oſtendit *Fidelitatis* autem appellatio apud Obertum, *in d.* §. *f.* eadem eſt cum *fide*, atque ita etiam nos hoc loco eandem vocem accipimus, neque inter fidem & fidelitatem diſtinguimus.

XII. Venit ergo notanda vocis *fidelitatis* acceptio ſeu ſignificatio, quæ, ſeu vocem ſpectes, ſeu rem ipſam voce illa ſignificatam multiplex & varia eſt, ut videre licet apud Alv. *in c. utrum* 2. *F.* 4. & ad vocem quidem quod attinet, invenimus eam in Jure feudali dupliciter uſurpari (1) pro ipſa fide, quæ vel juramento vel ſine eo promittitur, ut *in d.* §. *f.* & tam in rubro quam iu nigro, *qualiter jurare debent Vaſall. Domino fidelit.* 2. *F.* 7. Et hactenus rectè dicitur eſſe de feudi Subſtantia ut loquitur Decian. *conſil.* 199. Idemq; faciunt Iſernia (quem Principem & Aurigam Feudiſtarum appellat A. Gail. *lib.* 2. *obſ. Pract.* 156. *n.* 3) *in cap. quidam* §. *ſimiliter* 1. *F.* 24. 2. *F.* 51. Zaſ. *p.* 1. *d. feud. n.* 2. Peregrin. *conſil.* 4. *n.* 39. *vol.* 1. Moz *in tr. d. feud. ſub Tit. de ſubſt. feud. n.* 1. *& de orig. feud. n.* 4. & multi alii allegati à Vultej. *d. c.* 6. *n.* 8. vid. etiam Ludvvel. *c. l.* & in fidelitate conſiſtere formam feudi ſpecificam, qua contractus feudalis à contractibus cæteris ſecernatur, dicit Weſenb. *de feud. cap* 8. *n.* 19. *& in fine* quibus accedit Bartol. *conſil.* 26. *n.* 15. *vol.* 1. (2) pro juramento fidelitatis, quò quis ad fidem illam præſtandam ſe ſanctè obligat, ut *in c. utrum a.* 2. *F.* 4. *d. c. in epiſt.* 2. *F.* 6. *& c. eſt & alia* 2. *F.* 7. *& c. prima a.* §. 1. 2. *F.* 24 Et hoc ad naturam feudi tantum pertinet, ideoque pacto remitti & abeſſe à feudo poteſt. Bl. *l. ſi quis ſervo, n.* 1. *C. commun. de manum.* Dec. *in l.* 2. *n.* 6. *ff. d. R. J.* Afflict. *deciſ. Neap.* 420. Menoch. *conſil.* 69. *n.* 29. *vol.* 1. Vultej.

d. c. 6.

d. c. 6. n. 8. Ludvv. *d. l.* ideoque, quod *in c. quoniam* 2. *F.* 76. dicitur beneficium h. e. feudum eſſe ſine fidelitate, id accipiendum eſt de fidelitate quatenus ſignificat juramentum, ſicut oppoſitio caſus in illo capitulo propoſito id evidenter demonſtrat. Et præterea beneficium ſine fidelitate ipſe Obertus *in c. inveſtitura §. f.* 2. *F.* 3. *& d. c. prima a. §. eſt & alia* 1. 2. *F.* 24. interpretatur, quod ſit feudum eo pacto acquiſitum, ut ſine juramento fidel. habeatur.

XIII. Quod autem rem ipſam voce illa ſignificatam concernit, ſi nimirum accipiatur pro juramento, invenimus hoc in jure feudali triplex eſſe. Primum eſt *juramentum ſubjectionis*, quod ſubditi Principibus & Dominis territoriorum præſtant, aliis *Homagium* dictum & vernaculâ noſtrâ, die Huldigung, cujus forma eſt in *c. qualiter a.* 2. *F.* 5. & plenior *in can. Tibi Domino diſtinct.* 63. exemplum ejus etiam extat apud Ottonem Friſingenſem de Friderico *capit.* 19. quod ab Epiſcopis & civitatibus Italiæ præſtitum eſt Alterum eſt *juramentum officij ſive domeſticitatis*, ut appellant, quod præſtant omnes, qui ſunt in officio Principis vel Domini alicujus, germanice die Ampts Pflicht. Hoc interpretum quidam reſtringere videntur ad Domeſticos alicujus Domini, ut nimirum ſit juramentum, quod domeſtici præſtant ei, cujus domeſtici ſunt, reſpectu ſcilicet officii quod in domo habent, cujuſmodi domeſtici ſunt v. g. Conſiliarii, Dapiferi, Pincernæ, Camerarii, aliique de familia. Verum rectius & in genere ſtatuitur, ad id juramentum teneri omnes & quosvis, qui ſunt in officio alicujus Principis aut perſonæ illuſtris, ſive ſint ipſius domeſtici ſive non. Ideoque elegantius & plenius hoc juramentum appellari *fidelitatem vel juram, fidel. officij*, quod quis ratione officij, quod habet à Domino, præſtare tenetur, dicit Vult. *d. c.* 6. *n.* 6. Tertium denique eſt *juramentum Vaſallagij ſeu fidelitatis* ſtrictè ita dictæ, germanicè Lehes Pflicht. Hotom. *in Comment. de verb. feud. verbo. Vaſallagium.* Vult. *c. l. n.* 7. quod à Vaſallo ob feudum ſibi conceſſum præſtatur Domino. Et hoc eſt hujus loci. Ita enim fidelitatem definit Obertus *in c. utrum inf.* 2. *F.* 4. Et vero tripliciter illam fidelitatem ab uno & eodem præſtari non eſt abſurdum, ſi nimirum is ſit & ſubditus & Vaſallus & officialis, quanquam ſuo reſpectu, idque explicari poteſt vel juramento uno, ut docet *Bl. de pact. conſtit. in verb. Vaſalli noſtri n.* 5. Raven. *in d. c. utrum in f.* & Præpoſ. *in c. qual.* 2. *F.* 5. vel juramentis di-

verſis,

verſis, prout cauſæ, ob quas præſtantur, diverſæ ſunt. Neque enim unum ſuppletur per alterum Vultei. *d. n.* 7. ideoque ſi quis Vaſallus ſit, & is poſtea fiat domeſticus, vel familiaris ejuſdem Domini, etſi juram. Vaſallagii jam ante præſtiterit, nihilominus Juram. officii præſtare tenetur, niſi forte hoc illi remittatur. Roſ. *c.* 6. *concl.* 61. *add.* de triplici hoc juram. Ludvv. *S. F. c.* 14. *§.* 1. *inf.*

XIV. Diximus *ſupra th.* 11. fidelitatem ſeu fidem ipſam eſſe de feudi ſubſtantia. Hinc licet Vaſallus cum Domino paciſci poſſit, ne ipſi juram. fidel. præſtet. *c. inveſtitura §. nulla* 2. *F.* 3. *c. ex facto, inf.* 2. *F.* 47. *c. prima a. §.* 1. 2. *F.* 24. *:. Lex Conradi in pr.* 2. *F.* 34. fides tamen ipſa remitti nequit, ſed pacto hoc interpoſito Vaſallus Domino nihilominus ad omnia ea, quæ in fidelitatis juramento continentur, obſtrictus eſt. Alex. *conſ.* 30. *n.* 19. *lib.* 1. Petr. Rebuff. *in arb. ſua feud.* 9. *diviſ.* Schrad. *p.* 2. *c.* 2. *n.* 26. *ſeqq.* Zaſ. *p. ult. n.* 24. Imo nec Vaſallus cum Domino expreſsè convenire vel paciſci poteſt, ne ipſi pro feudo ad fidelitatem obligatus ſit. Alvar. *in prælud. feud.* 2. *diviſ. & ibi Præpoſ. n.* 34. Borcholt *c.* 7. *p.* 1. *n.* 37. Menoch. *conſil.* 65. *n.* 45. *Vol.* 1. Vultej. *d. c.* 6. *n.* 10. Quid autem tale pactum, ſi forſan de facto adjectum ſit, operetur; Latè perſequitur Schrad. *d. p.* 2. *c.* 2. *à n.* 24. *uſque ad* 37. *incluſ.* ubi etiam *n.* 33. dicit, quod hæc fidelitas ſola ſit de ſubſtantia ſive eſſentia feudi; quanquam alii adhuc alia addant. e. g. ut fructus prædii feudalis ad Vaſallum pertineant: Ut Vaſallus propter feloniam commiſſam feudum amittat, & ſimilia. Properamus autem ad naturalia, quippe ex quorũ præſentia vel abſentia feudũ propriũ & improprium verè dignoſcuntur.

XV. Sunt autem quæ ad feudorum naturam pertinent, quamplurima, puta (1) quod feudi nomine præſtetur juram. fidel. *c. inveſtitura pr.* 2. *F.* 2. (2) quod heres Vaſalli intra annum, vel etiam Vaſallus poſt obitum domini, renovationem inveſtituræ, petere debeat *c. prima a.* 2. *F.* 24. (3) quod non tranſeat in feminas ſed mares tantum. *c. ſequitur. §.* 2. 1. *F.* 8. *c. quia §.* 1. 1. *F.* 1. (4) quod ſervitia præſtentur perſonalia & incerta *c. Obertus* 2. *F.* 23. *dict. cap. prima a. §. ſed non eſt alia juſtior cauſa* Everh. *conſil.* 45. *n.* 2. *vol.* 1. (5) quod ſine culpa feudum Vaſallo auferri nequeat *c. natura* 1. *F.* 7. *c. ſancimus* 1. *F.* 21. (6) quod concedatur gratis ſine pretio aut mercede *c. ſi quis* 1. *F.* 27. (7) quod res, in qua feudum conſtituitur, ſit immobilis, vel immobili æquipollens

pollens. *c. Obertus §.f.* 2. *F.* 1. (8) quod feudum à Vaſallo ſine conſenſu Domini etagnatorum alienari nequeat *c.eſt a.*2. *F.*9. *& c. prima a.* §.*f.*2.*F.*24. (9) refutari tamen poſſit *c. ſi Vaſallus* 2. *F.* 38. *& c. alienatio* 2. *F.*39. quin etiam (10) alii ſubinfeudari poſſit. *c. eſt a.* §. *ſi v.* 2. *F.* 9. *c. in veſtitura §. ſed etiam res* 2. *F.* 3. *c. imperialis §. callidis.* 2. *F.* 52. (11) quod Dominus obligetur evictionis nomine, non ad intereſſe, ſed ſimile feudum præſtandum *c. cum de re* 2. *F.* 8. (12) quod rei in feudum conceſſæ dominium directum maneat penes dantem *c. obertus §.f.* 2. *F.*23. utile verò tranſeat ad accipientem *d. c. cum de re aliena. §. rei a. & ibi Dd. it. §. fin.* 2. *F.* 8. (13) quod Vaſallus de ſuo feudo, nec inter vivos nec in ultima voluntate diſponere poſſit. *c. eſt autem a. §. donare* 2. *F.* 9. *& c. ſequitur* 1. *F.* 8. ejuſque generis infinita alia, quæ ex textibus feud. ad hunc locum colligi poſſunt & pluribus enumerantur à Schneid. *d.p.*1.*n.*36., Weſenb. *d. c.*2.*n.*2. Vult. *lib.*1.*d.feud.c.*8.*n.*78. Roſenth. *d.feud. c.*2. *concl.*52. Schrad. *d.p.*2. *c.*2. *n.*42. Ludvv. *S.T. c.*3. §.2. & Mozz. *de natural. feud.*

XVI. Præterea ſunt & multa alia naturalia feudi, quæ non in jure feudorum ſcripto reperiuntur; ſed quæ moribus atque uſu cujuſcunque loci vel provinciæ recepta ſunt, ac in feudis illius loci tacitè acta intelliguntur, ſicut ex iis quæ infrà de Conſuetudinibus Pomeran. dicemus, apparebit. v. Zaſ. *in tr. feud. p. ult. n.* 39. Cum enim conſuetudo altera ſit natura Gloſſ. *l. actor.*23. *C. de probat.* dubium non eſt naturalibus uniuscujuſque contractus conſuetudine etiam addi & detrahi poſſe, eaque prorſus conſuetudine immutari. *arg. l.*31. *§. quia aſſidua. ff. d. ædil. ed. l.* 17. *§. placuit & ibi* Bart. *ff. d. aq. pluv. arc.* facit, quod notat Jaſ. *l.*17. *C. d. collat.* Schrad. *d. p.*2. *c.*2. *n.* 43. *cum ſeqq.* Et hoc facilius in feudo quam in aliis contractibus admittitur. Nam cum feudum ejuſque natura & forma à conſuetudine inventa ſint. Gl. *l.* 32. *ff. d. LL.* Bar. *l.* 7. *§. quinimo n.*19. *ff. d. pact.* certum eſt illius naturam conſuetudine augeri atque minui poſſe: imò illud conſuetudine penitus aboleri poſſe *arg. l. nihil tam naturale.* 36. *d. R.J.* Schrad. *c. l.*

XVII. Ex his jam utcunque intelligi poteſt, quid ſit feudum proprium vel improprium, item quot & quales ſint hujus ſpecies; Plures enim eas eſſe dubitandum non eſt, imò tot conſtitui poſſe, quot modis à propria feudi natura recedi poteſt, rectè monet Huñ. *c.*6. *in f.* Receditur autem in genere à communi illa feudorum na-

turaduobus modis. (1) ex ipſa juris feudalis diſpoſitione ut fit in feudo Guardiæ, Caſtaldiæ, Soldatæ, Habitationis, de Camera, de Cavena, Advocatiæ & quod officii alicujus ſeu muneris contemplatione alicui conceſſum eſt. Jus enim feudale ipſum hæc feuda perpetua eſſe noluit, & ſic impropria fecit reſpectu communis feudorum naturæ, quæ eſt ut ſint perpetua: propria tamen & ipſa dici poſſunt, reſpectu ſui ipſius, quatenus nimirum hanc & non aliam naturam à jure feudali acceperunt. Vult. *d. c.*8. *n.*79. Ludvv. *S. F. c.*4. *& tr. d. diverſ. feud. c.*4. (2) & quidem plerumq; pacto & conventione inde receditur, qua cum alioqui futura eſſent propria redduntur impropria. Hinc ſimul intelligitur feudum proprium conſtitui tantum jure feudum improprium interdum ex jure, interdum verò & ut plurimum ex pacto. *c. ſi quis.* 2. *F.*48. add. Vultej. & Ludvv. *dd. ll.* Speciales autem modos quibus feudum improprium conſtituitur, ſingulasque ejus ſpecies hîc pertractare nimis longum & à ſcopo noſtro planè alienum foret. Omiſſis igitur tam his quam quæ reſtant feudi accidentalibus, quippe quæ ex ſuprà data deſcriptione & ex hactenus dictis ſatis dijudicari poſſunt, accedimus ad reliquas feudorum diviſiones, ſub quibus inſimul ſpecies quaſdam feudi tam proprii quam improprii videbimus.

XVIII. Secundo feudum à cauſa efficiente dividunt in Maſculinum & Femininum: *Illud* eſt, quod à maſculo; *hoc* verò quod à femina primum acquiſitum, ſive de quo femina primum inveſtita eſt. *c. ſequitur* §. *ſ.* 1. *F.* 8. *c. ſi femina.* 2. *F.* 30. Curt. Jun. *p.*3. *in pr. num.*1. Zaſ. *p.* 8. *num.* 39. *verſ. ſecundo fallit.* Sonsbec. *p.* 3. *num.* 23. Duar. *c.* 10. *n.* 4. Hartm. Piſtor. *p.* 2. *q.* 34. *n.* 13. *&* 21. Menoch. *conſ.*65. *n.*59. *vol.*1. *& conſ.*148. *n.*10. *vol.*2. *conſil.* 331. *n.* 1. *vol.* 4. Vult. *d. c.* 8. *n.* 4. Ludvv. *d. c.*4. §.3. Et ita communiter Dd. tenere reſpondit Natta. *conſ.* 60. *n.*26. *vol.* 3. atque hanc eſſe magis receptam magisque probatam ſententiam noviſſime ſcripſit Menoch. *d. conſil.* 331. *n.*2. Dicitur feudum hoc femininum interdum etiam *maternum. c. ſi femina.* 1. *F.* 15. Zaſ. *p.*3. *n.*2. *verſ. eſt præterea.* Menoch. *d. conſ.*148. *n.*11. Vult. *d. n.* 4. & Ludvv. *d. c.*4. §.3. & tunc opponitur *paterno.* Zaſ. *d. p.*3. *n.*3. Roſenth. *c.*2. *concl.*12. Germanis dicitur ein Weiber oder Kunckel Lehn. Roſenth. *d. c.*2. *concl.*6. Ludvv. *d. c.*4. §.3. *in pr.*

XIX. Qua deſcriptione poſita facilè apparet; non rectè illud feudum femineum dici quod fortè à femina primum conceſ-

ſum eſt, quia feudum maſculinum aut femininum non ex perſona dantis ſed accipientis æſtimandum eſt *d. c. ſi femina* 2. F. 30, Hartm. Piſtor. *d. p.* 2. *q.* 34. *n.* 28. & ex eo Arum. *D.* F. 2. *th.* 12. ſic feudum maſculum, maſculus etiam accipit à femina, & femineum femina accipit etiam à Maſculo Vult. *d. c.* 8. *n.* 5. Idem judicium quoque eſto de eo, in quod femina ex pacto inveſtituræ vel ſpeciali loci conſuetudine ſuccedit, cum à maſculo primum fuerit acquiſitum 2. F. 50. ibi: *niſi ex pacto, vel niſi ſit femineum* 2. F. 11. *verſic. proles,* quia feudum maſculum vel femineum itidem æſtimandum eſt ex primo acquirente, non ex acquirentis ſucceſſore Vult. *d. n.* 5.

XX. Diſtinctio enim illa feudi feminini in id, quod à femina ortum habet, & in id, quod pacto vel conſuetudine ad feminas tranſit deficientibus maſculis, ut maximé communi Dd. calculo & quotidiano uſu recepta ſit. Sonsbec. *p.* 3. *n.* 24. Schrad. *d. p.* 2. *c.* 4. *n.* 11. & Dd. magis communiter: Tamen juris feudalis textui conſentanea non eſt, utpote quibus feudum à maſculo acquiſitum eo pacto, ut ad feminas quoque tranſeat, non femininum eſt, ſed maſculinum *arg. c. per ſucceſſ.* 2. F. 11. *& c. ſucceſſ.* 2. F. 50. ubi expreſſe Feudiſtæ feudum femineum diſtinguunt ab eo, quod pacto ad feminas tranſit; ſi tamen effectū ſuccedendi reſpicere velimus, negari nequit & hoc femineum dici poſſe, quamvis impropriè Piſtor. *d. c.* 34. *n.* 13. Vult. *d. c.* 8. *n.* 4. Ludvv. *d. c.* 4. §. 3. Jus enim noſtrum feudorum naturam & denominationem ab origine repetit, & feudum tale maſculum potius appellat, cum trita ſit juris feudalis Regula: In feudis ſemper eorum originem & primum ſtipitem inſpiciendum eſſe, quem propoſuerunt *c. qui ſibi* 2. F. 17. Hartm. Piſtor. *d. l.* Setz. *D. feud.* 3. *th.* 3. *lit.* C. Arum. *d D.* 2. *th.* 10. Hunn. *d. c.* 5. *diviſ.* 1. Vult. *d. c.* 8. *n.* 4. Ludvv. *c. l.*

XXI. Hoc autem indubium eſt, quod feudum ab initio quidē maſculo conceſſum, deinde verò, cum ob defectum Maſculorum ad Dominum rediret, ab eodem feminæ de novo tributum, non amplius maſculinum ſit, ſed ex novâ hac conceſſione femininum efficiatur, eo quod femina cauſam ſuam habet, non à maſculo ſed à Domino, cui feudum apertum erat, & à quo ipſa illud primum acquiſivit, ita ut hoc feudum à femina acquiſitum aliud ſit à feudo acquiſito à maſculo, etſi res, in qua eſt, ſit eadem. Curt. Jun. *conſ.* 187. *n.* 2. Menoch. *d. conſ.* 33. *n.* 5. Vult. *d. c.* 8. *n.* 4. *in f.* & Ludvv. *d. diviſ. feud. c.* 4. §. 4. *in f.*

VXII. Sunt

XXII. Sunt etiam, qui tertiam hic addunt ſpeciem, feudum ſc. mixtum, de quo maritus & uxor ſimul inveſtiti ſunt *arg. c. ſi maritus* 2. *F.* 85. *& c. ſi cui*, §. *jugales* 2. 2. *F.* 104. Hartm. Piſtor. *p.* 2. *q.* 34. *n.* 28. Niell. *Diſput. Feud.* 1. *th.* 7. *lit. a*, nec enim rejiciendum videtur, cum omnino mixtam naturam hoc feudum habeat, utpote partim à maſculo, partim à femina acquiſitum Gothofr. *ad. d. c. ſi cui. lit. d.* Unde etiam eſt, quod ſi ſola fortè filia ſuperſtes fuerit, feudum pro dimidia tantum parte ad ipſam, pro altera vero ad Dominum pertineat *d. c. ſi cui militi* §. 2. *inf.*

XXIII. Nec obſtant, quæ contra tertiam hanc ſpeciem diſputant. Arum. *D.* 2. *th.* 11. & Hunn. *c.* 6. *diviſ.* 1. *m. f.* ſcil. (1) quod tale feudum potius maſculum dicendum ſit, quam mixtum, quia à potiori ſemper facienda denominatio. *arg. l.* 10. *ff. de ſtat. hom.* (2) quod in diviſionibus non facilè tertia ſpecies aſſumi debeat. Quod enim primam dubitandi, rationem attinet, facilè ea corruit ex iis, quæ th. præced. à nobis dicta ſunt; Ex quibus patet, hîc æqualem quaſi mixtionem eſſe, nec hanc vel illam partem potiorem rectè dici, quia uterque Conjugum idem jus pro dimidia ſc. parte in hoc feudo habet, & uno Conjugum mortuo, alter nihilominus partem ſuam retinet. Pars verò altera Domino aperitur, ſi nulli adſint liberi. Accedit, quod etiam filia hoc caſu & quidem in matris tantum parte ſuccedere poſſit; quod non procederet, ſi feudum eſſet maſculinum. Nec eſt, quod quis regerat; etiam in feudo maſculino interdum feminam ſuccedere, reſpondetur, enim quod illud tunc fiat ex ſpeciali pacto, quale in hac noſtra ſpecie non interceſſit. Et ſi hoc ex pacto eſſet, non tantum in matris, verum etiam in patris parte ſuccederet, quod falſum per *d. c. ſi cui militi* §. 2. *inf.* Secunda refellitur ex iis, quæ habet poſt alios Keckerm. 1. *ſyſtem. log. ſect. poſt. c.* 3. *Reg.* 7. & ut vel maximè hoc Philoſophis concedamus. Jus tamen noſtrum paſſim ejus exemplis abundat, nobis autem unicum de actionibus Titulum ex Inſtitutis allegaſſe ſufficiat, ex quo ſatis ſuperque trimembris illa diviſio conſtare poteſt. Deinde & ipſi contrariæ ſententiæ Patroni eam ita limitant, quod ſc. non facilè hoc ſit admittendum, eo ipſo tacitè innuentes, quod ſi ſub duobus membris dividentibus ipſum diviſum ejuſque natura plene comprehendi non poſſit, tunc & tertium rectè addatur, idq; hoc noſtro caſu evenit, cum tale feudum non ſit ſimplex, neq; ad maſculinum, neq; ad femininum bene referatur.

XXIV. Nec etiam (3) movere quidquam nos debet, quod capp. ſuprà à nobis allegata 2. F. 85. & 2. F. 104. extraordinaria ſint, adeoque nullam Juris autoritatem habeant. Curt *p.* 5. *n.* 2. *inf.* Hoc enim non obſtante, quatenus ab ordinariis juris principiis non diſcrepant, rectè allegari poſſunt, ut docet Hartm. Piſtor. *p.* 2. *q.* 13. *n.* 59. & agnoſcit etiam Arum. *D.* F. 1. *th.* 57. & Hunn *d. tr. c* 3. add. Ludvv. *d. tr. c.* 4. §. 4. *p. m.* 88 *ſeqq.*

XXV. Tertia feudorum diviſio ſit iſta quod feudum vel vetus ſeu antiquum vel novum ſit *c. inveſtitura pr* 2. F. 3. & *c. beneficium* 2. F. 19. Quam à perſonis feudum accipientibus & in eo ſuccedentibus potius deſumtam eſſe cenſemus; quam ab adjunctis quod tenet Bocer *tr. d. qual. feud. c.* 5. *n.* 77. antiquum enim non tam ratione temporis dicitur, quam acquiſitionis, quod feudum ex primi acquirentis perſona ad ejus deſcendentes per ſucceſſionem derivatum eſt *c. per ſucceſſionem verſ. quod ita intelligendum &c.* 2. F. 11. Vult. *d. c.* 8. *n.* 4. & 6. Arum. *d. D.* 2. *th.* 34. Niell. *d. D.* 1. *th.* 7. *lit.* B. Setz. D. F. 3. *th.* 4. Roſenth. *c.* 2. *concluſ.* 9. & Dd. communiter. Nec movent nos fundamenta Boceri; quibus ſatisfacit Ludvv. *c. tr. c.* 2. *p. m.* 46. *cum ſeqq.*

XXVI. Antiquum igitur ſeu vetus feudum eſt, cujus cauſam quis non à ſeipſo habet, ſed ab eo, qui primus feudum acquiſivit & conſtituit *c. ſucceſſionis, verſic. paternum* 2. F. 50. Menoch. *conſil.* 202. *n.* 48. *vol.* 3. Decian. *conſil* 90. *n.* 2. *vol.* 3. Vult. *d. c.* 8. *n.* 8. Ludvv. *d. c.* 2. §. 9. Ita fit ut feudum, quod à principio in primo acquirente erat novum, primo illo mutato novum eſſe deſinat, & protinus vetus eſſe incipiat. Subdividunt quidem vulgo Dd. feudum vetus in paternum, & antiquum: *illud* vocantes, quod ab aliquo aſcendentium intra quartum gradum. putà patre avo, proavo vel abavo vaſalli acquiſitum eſt *c ſequitur* §. 4. 1. F. 8. *hoc.* vero quod quæſitum eſt ab aliquo majorum, qui ultra quartum gradum eſt *arg. l. ult.* §. 7. *ff. d. grad. & affin.* Jacob. de Bellov. *in proœm. diviſ.* 1. Zaſ. *de feud. p.* 3. *n.* 1 Weſenb. *c.* 2. *n.* 6. Borch *c.* 4. *n.* 2 & alii allegati à Vult. *d. c.* 8 *n.* 9. *ſeqq.* Germanis ein Alt Vätterlich/Uhralt Vätterlich item ein Stamm Lehn Schneid. *d. p.* 1. *n.* 64. Roſenth. *d. c.* 2. *concl.* 10. *n.* 4. Clar. *lib.* 4. *ſent.* §. *feudum q.* 8. Sonsbec. *p.* 3. *n.* 1. *cum aliquot ſeqq.*

XXVII. Verum diſtinctio iſta juri noſtro feudali conveniens non videtur utrumque enim promiſcuè poni & pro eo quod à parentibus ſeu majoribus acquiſitum eſt, dici, patet *ex c. per ſucceſſionem* §.

hic v. 2.

bis v, 2. F. 11. *c. ſucceſſionis* 2. F. 50. *c. ſi a.* §. 2. 1. F. 4. *c. ſi contentio* 1. F. 12. *c. quidam* 2. F. 14. *c. Vaſallus* 2. F. 15. *v.* Hartm. Piſt. *p.* 2. *q.* 5. *n.* 2. Ludvv. *d. c,* 2. *p. m.* 48. Deinde Dd. illi ipſimet fatentur, feudum paternum & antiquum; etiamſi inter ſe opponantur, in effectu tamen eſſe eadem & uſurpari promiſcuè prout poſt alios docuerunt. Sonsbec. *p.* 3. *n.* 4. Weſemb. *c.* 2. *n.* 6. Borch. *c.* 4. *n.* 2. Clar. *in* §. *feudum. q.* 8. *n.* 1. & plures alii quos allegat Vult. *d. c.* 8. *n.* 12. *inf.* Quod a. fundamenta illius ſubdiviſionis attinet iis reſp. à Vultej. *dict. cap.* 8. *num.* 12. *inf.* & Ludvv. *d tr. c.* 2. *p. m.* 48. notandum tamen hic quod negari non poſſit feudum paternum, licet alio ſenſu, opponi materno *in c. ſi femina* 1. F. 15. *v.* Zaſ. *p.* 3. *n.* 3. Roſenth. *c.* 2. *concl.* 6. *inf. & concl.* 12. Bald. *in prælud. n.* 49. Jac. de S. Ceorg. §. *in feudum n.* 16. *inf.*

XXVIII. Supereſt alterum hujus diviſionis membrum definiendum feudum ſc. novum. Hoc eſt, cujus cauſam acquirens non habet ab alio: ſed quod ipſemet primum vel novâ inveſtiturâ vel præſcriptione acquiſivit. *d. c. ſequitur* §. *fin.* 1. F. 8. *c. ſive clericus verſ. novum.* 2. F. 32. *c. duo fratres* 2. F. 38. *& c. ſi de feudo.* §. *ſi quis per triginta.* 2. F. 26. add. Vult. *d. c.* 8. *n.* 7. Ludvv. *d. c.* 2. §. *ult. ibiq; alleg.* Hinc eſt, quod, ſi feudum aliquod vetus caſu quodam ad dominum redeat, & dominus id feudum ad ſe reverſum, vel eidem qui anteà habuit, vel alii novâ inveſtiturâ concedat, illud novum dicatur, per ea quæ tradunt Dd. *in c. quidam,* 2. F. 14. Zaſ. *p.* 3. *n.* 2. Schrad. *c.* 2. *p.* 3. *n.* 43. Vult. *d. c.* 8. *n.* 7. Similiter ſi feudum quis emat, licet id in perſona venditoris ſit & fuerit antiquum; in perſona tamen emtoris ſit & eſt novum per tradita ab Alexand. *conſ.* 28. *n.* 16. *verſ. & ſic firma manet vol.* 5. & Theſſaur. *deciſ. Pedemont.* 146. *n.* 3. Et hoc præfatos Dd. uno ore ſcribere reſpondit Menoch. *conſil.* 104. *n.* 35. *vol.* 1. quam doctrinam etiam notabilem eſſe, dicit Jaſon. *in l. f. C. d. jur. Emphyt. n.* 41.

XXIX. Et hæc ita propriè & analogicè. Per anomaliam autem & abuſionem interdum fit, ut feudum quod re verâ novum eſt, in antiquum, & viceverſa, quod re verâ antiquum eſt, in novum pactionibus convertatur. *Prius* tum fit, cum feudum novum alicui conceditur jure veteris ſeu antiqui nach Art und Eigenſchafft eines rechten alten Stam̃ Lehens. Hoc enim fieri poſſe, ex com̃uni Dd. ſententia concluſum dicit Gail. 2. O. 50. *n.* 1. ſi ſc. conceſſio fiat ab eo, qui habet poteſtatem concedendi, & conceptis verbis in actu inveſtituræ exprimatur, quod feudum jure antiqui concedatur, Per ea

quæ

quæ tradit latè Curti in utramque partem. *p.1. quæſt.8. pr. num.8. cum ſeq.* Zaſ. *p.3. n.8. in f.* Alexand. *conſ.29. n.24.* Vult. *d.c.8. n.13. in f.* Ludvv. *d.tr. c.2. Reg.1.* Licet enim hominum denominatione rerum ſubſtantia & veritas immutari non poſſit *l. 8. ff. d.caſtr.pecul. l.13. & l.ſeq. C. d. probat.* quoad cauſam ſcilicet & originem, quâ ut reverâ novum eſt, ita novum reverâ manet Borch. *c.4.n.8.* quoniam tamen quilibet rerum ſuarum eſt moderator & arbiter *l. 21. C. mand.* & quam velit legem iis imponere poteſt. *l.48. ff.d.pact. l.10. C. eod.* maximè in feudalibus, ubi inveſtituræ tenor eſt ſervandus, qui omni naturæ feudi derogat, & vim contractus oſtendit. *c. ſi duo 2.F. 12. c. ſi quis. 2.F.48. & c. duo fratres 2.F.81.* Gail. *d. O. 50. n. 14.* Hinc propter pactum tale feudi paterni naturam aſſumit, & ratione juris & effectus pro antiquo habetur, ejuſque vim ac proprietatem conſequitur: id quod eleganti aliquo ſimili declarat Ludvv. *d. c.2. p.m. 52.* add. Vult. *d.c. 8. n. 13. in pr.* Mynſ. *cent. 4. obſ.84. & cent. 6. obſ. 6.* Borch. *d. c. 4. num. 6.* Roſenth. *d. c.2. concl. 13.* Fachin. *7. contr. 58.* & Gail. *d. O. 50.* ubi effectus illos recenſet *à n.2. uſque ad 14.*

XXX. *Poſterius* autem evenit, ſi feudum antiquum jure novi alicui concedatur quod etſi quidam à Vult. allegati *d. c. 8. n. 14.* ſimpliciter affirment, ex eo quod feudum novum ut antiquum concedi poſſit ſicuti *th. præced.* oſtendimus & quod contrariorum eadem ſit diſciplina, eademq; potentia *per l.1. ff. d. his qui ſunt ſui vel al. jur. l. illud quæſitum ff. Ad L. Aquil. & l. à Titio ff. d. V.O. cum ſimilibus* cum tamen hoc caſu utpote quo non domini & Vaſalli tantum, ſed agnatorum etiam cauſa vertitur, ratio ſit diverſa ab illo priori, quo negotium omne inter concedentem & accipientem ſolùm agitur: ideoque ſi mutatio talis abſq; agnatorum conſenſu fit, in præjudicium eorum non valet ſed feudum nihilominus antiquum ſ. paternum manet *c. quidam 2. F. 14. & 2. F. 39. pr.* die alte natur/ Art vnd Eigenſchafft eines Stammes/Nahmens oder Einſen Lehenmag nicht dem dritten zum nachtheil verkehrt oder verändert werden / quod ita abſque dubio procedere dicit Gail. *2. Obſ. 49. n.2.* & hanc eſſe veritatem, ſicque in Camerâ obſervatum *n.7. ibid.* add. Vult. *d. c. 8. n. 14.* Ludvv. *d. c. 2.* Mynſ. *4. Obſ. 83.* Ratio eſt, quia ejuſmodi caſu agnati jam jus quæſitum habent ex pacto & providentia primi acquirentis *c. Marchio §. ſi capitanei. 1.F.14.* quod ipſis invitis auferri non debet *c. ſi contigerit 2.F.45. c. alienatio pr. 2. F. 39.* Non enim hoc caſu de unius ſed

multo-

multorum favore agitur; & factum cuique ſuum non alii obeſſe debet *l. factum cuique ff. d. R. J.* Quo pertinet illud vulgatum, quod à primordio tituli poſterior formetur eventus. *per textum in l. unc. §. f. C. d. impon. lucrat. deſcript. lib.* 10. Gl. *ibidem in verbo. primordium.* uniuscujuſque enim contractus & initium ſpectandum eſt & cauſa. *text. in l. ſi procuratorem ff. mand. l.* 1. *§. ſi ſervus depoſuit ff. depoſ.* Limitanda igitur erit hæc aſſertio: ut procedat ſolummodò omnibus agnatis, quorum intereſt ſcientibus & conſentientibus. *per d. c. ſi contigerit.* 2. F. 45. cum quemvis juri ſuo & favori pro ſe introducto, quatenus tertio alicui non præjudicatur, renunciare poſſe, conſtet *ex l. ſi quis.* 51. C. *d. Epiſc. & cler. l. pen.* C. *d. pact.* Gloſſ. & Dd. *ad. d. c. ſi contigerit.* 2. F. 45. add. Zaſ. *p.* 3. *n.* 4. Gail. *d.* O. 49. *n. ult.* Vult. *d. c.* 8. *n.* 14. *inf.* & Ludvvel. *dict. cap.* 2. *p. m.* 53.

XXXI. Quarto ex adjuncto quantitatis fluit illa diſtributio. quod feudorum aliud dicitur dividuum, aliud individuum. *Dividuum eſt*, quod ipſum ita dividitur, ut ſimul etiam dividatur res in qua eſt, ſive ut loquitur Gail. 2. O. 153. *n.* 2. quod non ſolùm ratione Jdictionis & adminiſtrationis, (in quibus de jure feudali diviſio etiam in majoribus & Regalibus feudis ſicut hodie ita & olim admiſſa fuit. Bl. Alvar. & communiter Dd. *in c. imperialem §.* 1. *verſ. prætereà.* 2. F. 55. Bart. *in l. inter tutores. n.* 4. *ff. d. adminiſtr. tut.* Menoch. *conſ.* 208. *n.* 1. *&* 2. *vol.* 3. eo quod jure feudali non reperiatur prohibita Jdictionis & adminiſtrationis feudorum Regalium diviſio; Jdictio enim & adminiſtratio ut tradit Vult. *d. c.* 8. *n.* 74. alia eſt ab ipſis feudis, ſicut aliud eſt Magiſtratus, aliud Magiſtratus functio; ſicut aliud eſt prætura, aliud præturæ adminiſtratio; & aliud eſt Jdictio, aliud Jdictionis exercitium, eoque pertinent quæ ſcripſit Fachin. *conſ.* 26. *n.* 7. allegans plures alios qui cenſent: etſi Regalia feuda individua ſint quoad Jdictionem & dignitatem; ſecus tamen eſſe quoad adminiſtrationem uſum & exercitium ipſius Jdictionis, quibus accedit Peregr. *conſ.* 3. *n.* 43. *& ſeq. vol.* 3.) verum etiam ratione bonorum & dominii utilis dividi poteſt. Idque ſine conſenſu ſummi principis; nam eo hoc permittente, diviſio etiam majorum feudorum & quæ dignitatem annexam habent, aliàs licita eſſet, ut notant Bald. Iſern. Alvar. & alii *in d. §. prætereà.*

XXXII. Hujus generis ſunt feuda minora dignitatem Regalem annexam non habentia. *c. ſi de feudo §. omnes filii,* 2. F. 26. *c. ſucceſſionis.*

 2. F. 50.

2.F.50.*& d.c.imperialem* §.*præterea*.2.F.55.Zaſ.*p*.9.*n*.40.*& ſeq*.Vult.*d.c*.8.*n*.72. Schrad.*p*.8.*c*.2. Mozz. *d.diviſ.feud.n*. 49. ex quo Fachin. *conſil*. 26. *n*.1. *vol*.1. reſpondit: fratrem juniorem provocantem ad feudi diviſionem, intentionem habere in jure fundatam. Rationem habet Gail. *d*. *O*.153. *n*. 9. add. Schrad. *d.p*.8.*c*.2.*n*.34.*ſeqq*. Et quamvis uno ex Vaſallis ad diviſionem provocante, cæterorum qui prohibent conditionem meliorem eſſe, probari videatur *per textum in dict*. §. *præterea verb. ſi conſortes voluerint*, id quod tenet Panormit. & multi alii allegati à Vultej. & Gail. *cc.ll*. qui omnium conſenſum requirunt: Contrarium tamen quod uno etiam ad diviſionem provocante, cæteri eam admittere cogantur, præclarè conſuluerunt & docuerunt. Jaſ. Alex. Socin. ſenior aliique ibidem allegati, conſiderantes, quod aliæ conſtitutiones feudales ſuprà allegatæ ſimpliciter diviſionem permittant. Et hanc opinionem crebriorem & veriorem eſſe, & in facto confirmatam ſe ſcire dicit Gail. *d*. 2. *O*.153. *n.f*. & communiorem eſſe ſententiam conſuluit Fachin. *d.conſ*.26. *n*.2. *&* 7. *contr. ult*. Roſenth. *c*.9. *concl*.53. *n*.4. eandemque in puncto juris melius defendi poſſe ſtatuit, Vult.*d.c*.8.*n*.72. *in m*.

XXXIII. Individuum verò eſt quod diviſionem nec juris nec rei feudalis admittit, cujuſmodi ſunt feuda majora dignitatum Regalium, puta Regni, Electoratus, Ducatus, Marchionatus & Comitatus quæ de jure feudali poſt conſtitutionem Ic. Friderici *in d. c. imperialem* §.*præterea*. 2. F. 55. etiam conſentientibus conſortibus dividi non poſſunt. add. Gail. *d*. 2. *O*. 153.*pr*. Vult. *d.c*.8. *n*.72. ibique citati. Rationem differentiæ, cur Regalia feuda individua ſint, reliqua non item, inquirit Rittersh. *partit. feud. c*. 4. *q*. 7. add. Ludvv. *d. c*. 2. *p. m*. 42. *cum ſeq*. & latè Vult. *d. c*. 8. *n*. 74. *&* 75. qui etiam *num. præced*. 73. multis oſtendit hanc conſuetudinem ſatis rationabilem eſſe. Nec tamen propterea mirum eſt, quod ſicuti conſtitutione Friderici antiquæ iſti conſuetudini feudi Regalis dividendi derogatum eſt; ita hodie ab his jure conſtitutionis receſſum, & ad antiquam feudorum etiam Regalium dividendorum conſuetudinem iterum reditum ſit. Ex notoria enim Germaniæ conſuetudine, quod teſtatur rerum germanicarum peritiſſimus, ſicuti à Vultejo appellatur, *d.c*. 8. *n*.39. A. Gail. 2. *O*. 153. *n*. 2. feuda iſta dignitatum majorum non ſolum ratione Jdictionis & adminiſtrationis: ſed etiam ratione bonorum & utilis dominii dividi ſolent. add. Vult. *d. c*. 8. *n*. 75. *ibique alleg*. Et hoc

de Ger-

de Germania noſtra, præterquam quod id docet experientia, teſtantur Schurff. *conſil.* 17. *n.* 5. *cent.* 1. Weſ. *conſ.* 41. *n.* 163. Hart. Hartm. 2. O. 20. *in pr.* & multi alii citati à Gail. & Vult. *dd. ll.* eandemque conſuetudinem in Italia receptam atteſtantur. Socin. ſen. *conſ.* 278. *verſ. & primo in Italia. vol.* 2. Pariſ. *conſ.* 10. *n.* 15. *vol.* 1. Iſern. *in d.* §. *prætereà Ducatus. num.* 35. & Clar. *ibidem. q.* 44. *num.* 2. Verum ut maximè Marchionatus, Ducatus & Comitatus ex conſuetudine hodierna ſint dividui, ſecus tamen eſt in Regno, quod ſicuti & Electoratus ratione diviſionis manſit in diſpoſitione *d.* §. *prætereà Ducatus.* Hart. *dict. obſ.* 20. Gail. *d. obſ.* 153. *n.* 2. Vult. *d. c.* 8. *n.* 75. in ſpecie autem de Electoratu v. A.B. Rubr. von der Ertzbiſchoffen Segen. §. wiewol auch.

XXXIV. Quinta & ultima feudorum diſtributio ſit illa, qua feudum aliud dicitur eſſe hereditarium, aliud non hereditarium ſ. ut vulgò loquuntur, ex pacto & providentia. Quamvis autem hæc diviſio nullo juris feudalis textu expreſſo probari poſſit, adeoque non textualis, ſed magiſtralis ſit, eamque tanquam contrà juris feudalis placita ab interpp. confictam (in his ſc. terminis, quibus communiter à Dd. explicatur,) omnino rejiciendam eſſe velint. Hartm. Piſtor. *p.* 2. *q.* 1. *n.* 99. Fachin. 7. *contr.* 3. id quod etiam à pleriſque Dd. Gallis factitatum teſtatur Piſt. *c. l.* attamen, cum non ſolum bonis ac probabilibus rationibus nitatur, ſicuti noviſſimè ſubtiliter hoc explicat Everh. jun. *conſ.* 50. *n.* 3. *& ſeqq. vol.* 2. Sed etiam comuniter uſu recepta ſit procul dubio oleum & operam perderet, qui eam à foro relegare vellet, ut rectè monet Bocer. *c.* 5. *n.* 22. & ex eo Ludvv. *d. tr. c.* 4. *p. m.* 87. Experientia enim teſtis eſt eam diſtributionem eſſe hodie vel potiſſimam, & eam certe præcipuam dixit Everh. Jun *d. conſ.* 50. *n.* 1. *vol.* 2. & inter varias feudorum diviſiones nullam eſſe, quæ crebrius uſurpetur ipſe confitetur Piſtor. *d. q.* 1. *in pr.* igitur planè non erit rejicienda add. Vult. *d. c.* 8. *n.* 39. *in m.* ubi ſatis eleganter eam tuetur.

XXXV. Cæterum in hac feudi diſtributione quæ hodiè forenſis magis quam ſcholaſtica, dicente Vult. *d. l.* vix quicquam eſt, quod non ſit controverſum, ut non immeritò Everh. jun. *d. conſ.* 50. *n.* 1. *verſ. in conſtituendis vol.* 2. ſcripſerit; in conſtituendis veris & propriis terminis feudorum jam commemoratorum nec non naturis & differentiis eorundem dici vix poſſe, quam varii fuerint Doctores; quam inter ſe pugnantes, & nonnullorum etiam à ſe ipſis diffiden-

tium opiniones reperiri ; quæ res facile incautum aliquem lectorem vel judicem in errorem pertrahere poteſt. Unde etiam Gail. 2. O. 154. ita concludit. Hæc (*ſc. quæ dixerat in jam cit. obſ.*) diligenter obſerva, quia Dd. de feudo antiquo ſeu ex pacto & providentia uti paulò ante ſe explicat,& hereditario tam intricatè & ſubtiliter ſcribunt,ut alterum ab altero vix ſeparare & diſtinguere poſſis.

XXXV. Nos relictâ eâ Pragmaticis & miſſis etiam variis iſtis Dd. opinionibus, brevibus, prout inſtitutum noſtrum exigit, rem ipſam expediemus. Diviſionis igitur iſtius explicatio, non ab effectu ſeu jure ſuccedendi, ut Vult. putat. *d. c.* 8. *n.* 39. *&* 40. *in pr.* vel etiam jure & poteſtate alienandi, quod addit Bocer. *d.c.* 5. *n.* 4. *in f.* ſed à forma vel externa verborum inveſtituræ conceptione ex communi Dd. ſententia petenda & æſtimanda eſt Hartm. Piſt. 2. *q.* 1. *in pr.* Ludvv. *d. tr. c.* 4. *p. m.* 97. *ſeq.* Gail. 2. O. 154. & ipſe Vult. *d. c.* 8. *n.* 37. *pr.* Hinc feudum ex pacto & providentia definitur, quod ſimpliciter ſecundum juris feudalis providentiam & diſpoſitionem, conceſſum eſt, ſive filiorum, ſive liberorum ſive heredum in inveſtiturâ mentio facta ſit. *c. clientulus verſ. etſi clientulus* 1. F. 13. *& c. Lex. Corradi* §. 2. 2. F. 34. Secundum Germaniæ enim conſuetudinem, de qua teſtatur Gail. *d.* O. 154. *n.* 20. verba illa inveſtituræ *pro ſe & heredibus ſuis* intelliguntur de heredibus maſculis feudalibus, & feudum ita receptum non erit hereditarium : ſed ex pacto & providentia, quod etiam juri feudali conſentaneum eſt ſicut idem docet *c. l.* atque hanc eſſe communem Dd. ſententiam, teſtantur Zaſ. *p.* 9. *n.* 28 Socin. jun. *conſil.* 112. *n.* 12. *vol.* 2. & Ludvv. *S. F. c.* 4. *p. m.* 76. Quidam etiam hoc feudum *familiare ſeu de familiâ* appellant. *arg. l.* 5. *ff. d. relig. & ſumt. fun.* ubi familiaria ſepulcra ab hereditariis diſtinguuntur. Rebuff. *diviſ.* 15. Alii *domeſticum* nonnulli etiam *filiale* vocare malunt. Bocer. *dict. cap.* 5. *num.* 23. *&* 24. Nec eſt quod vereamur verbum, *heredis*, ita videri otioſè appoſitum. Nam ea quæ aliàs negotio inſunt nihil operari ſolent *l.* 3. *ff. de leg.* 1. *l.* 21. §. 1. *& l.* 12. *ff. qu. dies leg. l. non rectè C. d. fidejuſ.* & ſufficit, quod expreſſum ſortiatur effectum ſecundum naturam rei de quâ igitur, per doctrinam Bald. *in rub. Cod. d. contrah. emt.* Neque eſt infrequens, ut quod rei ineſt tacitè. nihilominus maioris declarationis & dubitationis tollendæ gratia nonnunquam adjiciatur. *l.* 1. §. 7. *in f. ff. de Ædil. Edict. l.* 56. *pr. ff. mand.* Hunn. *c.* 6. *diviſ.* 5. Arum. *D.* 2. *th. f.* Niell. *D. Feud.* 1. *th.* 10. *lit.* B. ac denique tum

demum

demum verba cum effectu operandi accipienda ſunt, ſi negotium de quo agitur alias non ſubſiſteret. *per l. ſi qu. 109. ff. d. leg. 1. & c. ſi Papa §. 1. de privil. in 6.* Ludvv. *S F. d. c. 4 p m. 76. cum ſeq. &* omnino Vult. *d. c. 8. n. 39. in fin.*

XXXVII. Hereditarium feudum ab interpp. dupliciter accipitur (1) ad differentiam perſonalis alicujus conceſſionis, quæ ad nullum ſucceſſorem tranſit, quicunque etiam ille ſit ſ. ſanguinis ſ. hereditatis. quomodo omne feudum ex ſui natura eſt hereditarium, paucis exceptis, quæ morte acquirentis extinguuntur. Hart. Piſt. *d. q1. n. 31. & ſeq.* Everh. jun. *conſil. 10. n. 13. vol. 3.* Vult. *d. c. 8 n. 51.* & Ludvv. *d. c. 4. p. m. 70.* Deinde (2) quatenus opponitur feudo ex pacto & providentia. Circa hujus explicationem admodum variè quidem loquuntur Dd. de eo tamen inter omnes convenit, quemadmodum teſtatur Gail. 2. O. 254. *n. 19. & ult.* feudum hereditarium illud dici, quando in inveſtiturâ conceſſio facta eſt *pro ſe & heredibus quibus cunque* vel expreſsè dictum, quod feudum habere debeat naturam bonorum allodialium, quod alienari in quemcunque & de eo pro arbitrio diſponi poſſit, reſervatâ domino directo fidelitate; & ita in feudis Italicis plerumque fieri ſolere. Cæterum in genere qn. & ex quibus inveſtituræ verbis feudum cenſeatur eſſe ex pacto & providentia aut hereditarium, latè ſatis diſquiritur à Vult. *d. c. 8. à. n. 43. uſque ad* 67. add. Gail. *d. obſ.* 154. Ludvv. *S. F. d. c. 4.* Schrad. *Tr. feud. p. 7. c. 3.* & Fachin. 7. *controv.* 4. 6. *& 7.*

XXXIIX. Sunt qui & illa verba ſuperioris definitionis: *heredibus quibuſcunque* ſecundùm ſubjectam materiam intelligenda, & ad terminos habiles adeoque ad liberos maſculos & deſcendentes legitimos reſtringenda docuerunt. Bald. *in c. eſt a. §. donare. 2. F. 9.* & ibidem Martinus Laudenſis, & Præpoſitus. Jacob. d. S. Georg. *§. & quibuſcunque n. 1.* Zaſ. *p. 6. n. 62.* & multi alii allegati à Fachin. *d. 7. controv. 6. in pr.* Verum Reſp. ipſam horum verborum generalitatem reſtrictionem iſtam ferre non poſſe, utpote quæ abſque omni dubitatione vi ſua & propria natura atque ſignificatione omnes heredes comprehendit; nec enim, quod Ludvv. addit *d. c. 4. p. m. 77.* facilè credendum eſt, contrahentes generali & extenſivo vocabulo fruſtrà uſos fuiſſe; ſed eo potius animo, ut præter regularem feudi naturam aliquid operaretur, & feudum hereditario jure ad quoſcunque etiam extraneos tranſiret. *arg. c. ſi quis. 2. F. 84.* Hocq; ipſe Bald. docuit ſibi

non conſtans *in l.* 1. *qu.* 34. *ff. d. R. D.* Gail. 2. O. 154. *n.* 9. Alex. Jaſ. Clarus & multi alii citati à Fach. *d. l. n.* 9. add. etiam Piſtor. *p.* 2. *q.* 11. *n.* 39. Et hanc ſententiam magis communem, magisque verbis contrahentium conformem, concludit tandem Fachin. *d. c.* 6. *n. ult.*

XXXIX. Effectus hujus diviſionis varii paſſim à Dd. referuntur, qui tamen maximè in ſucceſſione cernuntur. Nam feudum hereditarium per omnia hereditatis jure cenſetur Dec. *conſil.* 395. *n.* 5. ubi dicit de feudo hereditario judicandum ſicut de aliis rebus hereditariis. Idem *conſil.* 78. *n.* 5. Alex. *conſ.* 29. *n.* 9. Curt. *in Tr. feud. part.* 4. *n.* 131. *cum ſeq.* ideoq; tranſit ad omnes etiam extraneos heredes, & non tantum habiles; verum etiam inhabiles adeoque & ad feminas. Gail. 2. O. 154. *n* 9. Fachin. 7. *contr.* 6. Schrad. *d. p.* 8. *c.* 3. Andr. de Iſern. *in. c. alienatio* 2. F. 39. Curt. *p.* 4. *n.* 130. Roſenth. *c.* 9. *concl.* 40. *n.* 14. & licet articulus hic admodum ſit controverſus: pars tamen affirmativa verior & communior eſt, teſtante Clar. *in §. feudum. q.* 9. *n.* 2. & multis aliis citatis à Gail. & Fachin. *dd. ll.* probari etiam hæc ſententia exinde videtur, quod formulæ iſtæ (*heredibus quibuſcunque*; item: *heredibus & quibus ipſe dederit*) æquiparentur, ut prolixè tradit Rol. à Valle *vol.* 2. & Borch. *c.* 8. *num.* 76. *in f.* Ex poſteriori autem omnes feminæ ad ſucceſſionem admittantur *c. ſi quis.* 2. F. 48. Schrad. *Tr. feud. p.* 7. *c.* 3. *n.* 2. E. etiam ex priori tanquam æquipollente. Deinde hoc feudum etiam imputatur in legitimam Gail. *d. obſ.* 154. *n.* 15. Schrad. *d. p.* 7. *c.* 5. *n.* 43. & Vult. *c.* 9. *n.* 241. *ubi inf.* dicit, hanc eſſe unanimem Interpretum ſententiam. Ratio eſt quod feudum hereditarium cenſeatur tanquam pars hereditatis vaſalli defuncti, cum illud filius ab hereditate ſeparare nequeat. *c. ſi contigerit.* 2. F. 45. ideoque receptum eſt, ut appellatione hereditatis contineatur; & in petitionem hereditatis, item in fideicommiſſi univerſalis reſtitutionem veniat; & deniqúe quod poſſit liberè à Vaſallo alienari: adeò ut ne quidem filius cum beneficio inventarii heres factam alienationem revocare queat, per rationem quam habet Gail. *d. obſ.* 154. *n.* 12. quod Vaſallus de eo teſtari, illud prælegare & uni filiorum aſſignare, ſicut quamlibet rem hereditariam, adeoque pro arbitrio ſuo & quocunq; modo de eo diſponere poſſit. Gail. *jam c. l.* Schrad. *d. p.* 7. *c.* 5. *n.* 44. *& c.* 2. *n.* 44. *& ſeqq.* Vult. *d. c.* 9. *n.* 156. Mynſ. *cent.* 3. *obſ.* 67. Ludvv. *S. F. c.* 4. *p. m.* 75. & innumeri alii ibi allegati.

XL. Hæc omnia autem ceſſant in feudo quod eſt ex pacto & provi-

providentia, in quo jure ſanguinis ſucceditur, non tam ultimo defuncto quam primo acquirenri, à quo hoc feudum ordine ad omnes in ea familia tranſmitti cenſetur. *c. de Marchia* 1. F. 14. *& c. duo fratres.* 2. F. 18. quodq; ex providentia legis feudalis ad primi acquirentis deſcendentes maſculos. 1. F. 1. §. *hoc a. notandum.* 1. F. 8. *pr.* 2. F. 34. §. *ſimiliter.* ordine ſucceſſivo. 1. F. 50. & quidem jure proprio pertinet, in quorum etiam præjudicium Vaſallus de eo nihil diſponere poteſt *d.* 1. F. 8. add. Ludvv. *d. c.* 4. Gail. *d. O.* 154. Sunt quidem adhuc alii diviſionis hujus effectus, qui communiter à cit. Dd. referuntur. Et eſſent etiam plura alia quæ ratione hujus materiæ hîc tractari poſſent: Verum cum inſtituti noſtri ratio eadem ulterius proſequi prohibeat; hîc finimus & ad cap. ſeq. properamus.

CAPUT II.

De Conſtitutionibus feudalibus & Qualitate feudorum in Pomerania.

I. Poſtquam preced. cap. pauca quædam eaque generalia ex jure communi de feudis vidimus; jam non abſurdè nos facturos cenſemus, ſi eadem quoq; de feudis Pomeranicis & conſtitutionibus particularibus quæ circà eadem obſervantur, præmittemus; antequam ſc. ad ſpecialiora nos convertamus.

II. Qu. igitur hîc (1) *An etiam Comitum, Baronum & Dominorum filiæ item viduæ, privilegiis Nobilium & Conſtitutionibus hiſce* von Außſteur ſachen *ſubmittere ſe teneantur?* Et concluſum quod ſic. v. *concl.* 1. *Rubr. de Conſtitutionibus in Pomerania* von Außſteurſachen / ſunt enim ſubditi ratione bonorum domicilii item juramenti ſubjectiònis præſtiti, ideoque foro & legibus ejus loci obligantur. Ruland. *d. commiſſ. p.* 1. *l.* 5. *c.* 3. *n.* 26. Gail. 1. *O.* 98. Matth. Steph. *d. jur. l.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *num.* 221. Et ita affirmativè etiam deciſum eſt *in cauſa* Graff Wolffgangs Witthen / *contrà.* ejuſdem ſucceſſores.

III. Qu. (2) *An omnes & ſinguli hujus Provinciæ Vaſalli, adeoq; etiam ii, qui ſunt in duabus Ducalibus præfecturis,* den beyden Frl. Häußern vnd Aembtern Lauwenburg vñ Bütaw *prædictam diſpoſitionem* von Außſteur ſachen *obſervare debeant?* Affirm. daß ſie gleich andern dieſes Landes eingeſeſſenen Adel deroſelben vnderworffen ſeyn. *dict. Rubr. concluſ.* 2. (*a*) quia Nobilitas iſta etiam pro ſe in ſpecie impetravit confirma-

tionem

tionem privilegiorũ Nobilium ſubſcripſit enim reverſalibus quæ tum pro confirmatione iſta à Nobilibus data ſunt. *Anno* 1563. Deinde (*b*) utitur eodem jure quo alii hujus provinciæ ſubditi, ſc. Cæſareo, non verò Polonico. (*c*) denique hiſce Provinciis eſt incorporata; ut videre eſt ex ordinatione tertiæ inſtantiæ *anno* 79 & 90. v. Landtags Abſcheid zu Lauwenburg *de anno* 90. ibi: ſollen das Recht haben/ was andere Provinciales haben. Nec diſtinguendum hîc eſt inter Adel vnd Freyen/ quia ejus diſtinctionis jam nullus uſus ſupereſſe videtur, dum dicta Nobilitas ipſa eum ſublatum voluit. *concl.* 3. *ibid.* Et in gravaminibus *anno* 1616. *menſ. Mart.* nomine Nobilitatis Lauenburgicæ exhibitis uno quaſi ore ea petiit, ut nulla amplius fieret differentia nec diſtinctio deß Adels vnd der Freyen.

IV. Qu. (3) *An etiam plebeji & ruſtici horum feudorum capaces ſint; & ſic per conſequens illorum viduæ atque filiæ beneficio hujus conſtitutionis gaudeant?* de Jûre Communi quidem Dd. communiter etiam plebejum ſive ruſticum feudum accipere poſſe ſtatuunt: Tum quod inter perſonas accipientium diſtinguendum non ſit *per c. inveſtitura verſ. perſonam* 2. F. 3. tum quod ruſticus feudum etiam dare poſſit, quia regula eſt, quemlibet, qui liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habet, feudum concedere poſſe *d. c. inveſtitura in pr.* Alvar. *ad c. qui à Pr. n.* 8. 2. *F.* 10. Zaſ. *p.* 5. *n.* 31. & 68. Schneid. *p.* 3. *n.* 69. & 150. *in f.* Roſenth. *c.* 3. *concl.* 2. Schrad. *p.* 4. *c.* 1. *n* 57. & *c.* 3. *n.* 7. Ludvvel. *S. F. c.* 6. *p. m.* 123. per rationem generalem, quod omnes, quibus contrahere, & ex contractibus ſuis obligari permiſſum eſt, cujuſcunque ſint ſortis vel conditionis, imò, etiamſi ſint tales, qui in feudum à majoribus acquiſitum non ſuccedunt, item ſive ſint ſui ſive alieni Juris, feudum novum acquirere poſſunt, Schrad. *d. c.* 3. *n.* 7. verum licet hæc ſecundum Juris communis diſpoſitionem procedant; ſecundum uſum tamen fori noſtri non obtinent: contrarium enim à Provincialibus expreſsè deciſum eſt *tit.* 2. *concl.* 2. & inde etiam eſt, quod in omnibus ſententiis, quibus addictio bonorum feudalium fieri ſolet, hæc verba inſerantur: daß Creditor ſoll befugt ſeyn/ Lehensfähigen Perſonen daſſelbig zu verkauffen/ oder zu veräuſſern. Notandum tamen hic, quod Serenissimus qualitatem perſonæ conſiderare, & pro arbitrio ſuo hac in re diſponere poſſit. Hiſce concordant etiam Juris Saxonici placita. vid. Lehn-Recht/ *art.* 2. quibus ruſtici ſive plebeji & aliæ ibi enumeratæ perſonæ

ſonæ feuda etiam nova acquirere non poſſunt; Si tamen quis hiſce perſonis ſciens ac prudens feudum conceſſerit, hæc conceſſio vivo tam Domino feudi, quam Vaſallo inveſtito valet quidem atque tenet; ſed vel Domino vel Vaſallo mortuo, etiam ſuperſtitibus heredibus maſculis hæc inveſtitura evaneſcit, & feudum rurſus vel ad Dominum feudi vel ad heredes illius revertitur *d. art.* 2. addatur Schrad. *d. p.* 4. *c.* 3. *n.* 8.

V. Q. (4) *An talia ſint feuda in Pomerania, quæ Vaſallus repudiatâ licet hereditate, & præſertim in eo caſu, quo defunctus æs alienum contraxit, retinere poſſit?* Quod ad hanc quæſtionem attinet, paucis & hic Jus commune præmittemus; Diſtinguunt autem Dd. inter filium & agnatum, ita ut hic quidem, feudo retento, hereditatem repudiare poſſit; ille verò utrumque vel retinere vel repudiare cogatur, per expreſſum textum. 2. F. 45. & 51. § *filius.* vid. Vult. *c.* 9. *n.* 237. Hartm. Piſtor. *p.* 2. *q.* 2. Ludvv. *S. F. c.* 10. *p. m.* 213. *cum ſeq.* Rittersh. *c.* 15 *q.* 15. Fachin. 7. *contr.* 5. & Roſenth. *c.* 7. *concl.* 20. & 21. rationem differentiæ Franc. Sonsbec. *in Comment. in uſus feud. p.* 9. *n.* 161. hanc putat eſſe, quod filius honorem Patris ſtrictius defendere teneatur, quam Agnatus, eò, quod ſuum eſſe à Parente habeat, & eadem cum illo quodammodo ſit perſona. *l. ult. C. d. Impub. & al. ſubſtit.* quodq; majus Jus Pater in filios ſuos habeat, quam agnatus in agnatos, prout ex toto patriæ poteſtatis Jure abundè conſtat: cujus Juris & hæc quædam pars eſt, quod ex civili conſtitutione etiam inviti adire Parentum hereditatem teneantur. §. 2. *verſ. neceſſarii Inſt. d. her. qual. & differ.* ut itaq; ab ignominia hac Pater liberetur, humaniter cautum eſt & diſpoſitum, ne filius poſſit repudiare Patris hereditatem & capere duntaxat feudum, & ſic ignominia afficeretur Pater, ſi ejus hereditas à Creditoribus diſtraheretur: & hanc rationem etiam probat Boc. *tr. feud. c. ult. q.* 1. ubi ſimul aliorum, ut Cujacii, Hotomanni & Hartm. Piſtoris opiniones refert, quas tamen rejicit, add. Roſenth. *d. c.* 7. *concl.* 21. *n.* 18. & Duar. *c.* 11. *n.* 9. qui cauſam adſcribit pietati, quam filius Parenti debet, quaſi inhumanum & injuriæ plenum ſit, repudiare ejus hereditatem.

VI. Cæterùm haut ſatis expeditum eſt apud Interpp. Juris feud. *Utrum de feudo hereditario, an verò de eo, quod dicitur ex pacto & providentia, diſtinctio illa inter filium & agnatos accipi debeat?* Et certè verior ac utriuſque loci textui, magis conſona videtur eorum ſententia,

 qui

qui eam de feudo ex pacto & providentia interpretantur, id quod multis rationibus oſtendit Bocer. *d. c. ult. q.* 1. ubi etiam ad ea, quæ à contrariæ ſententiæ Patronis adferuntur, reſpondet. add. omninò Hartman. Piſtor. *d. p.* 2. *q.* 2. & Vult. *d. c.* 9. *n.* 238. qui multa elegantia in gratiam hujus ſententiæ habent. Hinc jam non difficulter colligi poteſt, quid judicandum ſit de ære alieno à defuncto Vaſallo contracto: ex prioris enim quæſtionis reſolutione, hujus quoque deciſio pendet, quibus igitur caſibus ſucceſſio non patitur ſeparationem hereditatis ſive bonorum allòdialium ab ipſo feùdo iiſdem quoque ſuccedens æri alieno ſolvendo eſt obſtrictus: filius ſc. indiſtinctè ſ. feudum ſit hereditarium ſ. ex pacto & providentia, & quatenus hereditatis vires & fructus feudi id patiuntur; agnatus verò non aliter, quam ſi ſit feudum hereditarium, aut ſi defuncto in feudum ex pacto & providentia & hereditatem ſimul ſucceſſerit. Schrad. *p.* 7. *c.* 7. *n.* 33. *ſeqq.* Vult. *d. c.* 9. *n.* 239. Bocer. *d. c. ult. q.* 2. Mynſ. *cent.* 3. O. 67. & Ludvv. *d. c.* 10.

VII. Hæc tamen communis opinio, primò quoad agnatum ita limitatur, ut ſi quid fructuum ex feudo tempore defuncti Vaſalli ſit relictum, illos & hic in exſolutionem debitorum impendere debeat. *per d. c. ſi contigerit pr. verſ. ſed in fructibus* 2. *F* 45. add. Bocer. *d. c. ult. q.* 1. Deinde quoad filium multis modis limitatur, hatt viel Abfälle ſicut loquitur Gail. *l.* 2. O. 154. *n.* 16. Singulariter verò ſic limitatur, quod ſi beneficio inventarii ſit adita hereditas patris, tunc ultra vires hereditatis paternis creditoribus reſpondere non cogatur, & feudum nihilominus retinere poſſit. Et quanquam hæc limitatio ſatis dubia atque controverſa ſit, aliis affirmativam, aliis verò negativam tuentibus prout videre licet apud Roſenth. *c.* 7. *concl.* 20. & Bocer. *d. c. ult. q.* 2. Nos tamen exceptis locis, in quibus feuda æri alieno ſunt obnoxia, in puncto Juris affirmativam veriorem ſtatuimus; præſertim de feudo ex pacto & providentia: non item de feudo hereditario. *arg. l. f. C d. jur. delib.* v. Lindeman. *Exercit. feud.* 2. *c.* 5. *th.* 9. Zaſ. *p.* 8. *n.* 10. ubi 10. limitationes annotavit & Gail. *d.* O. 254. *n.* 16. per hanc rationem. Quia filius eo caſu utrumque acceptavit, & ſic diſpoſitioni Juris feudalis ſatisfactum eſt, ſed beneficio inventarii ſupra vires hereditatis conveniri non poteſt. *per alleg. ibid.* Et hæc ita de Jure Communi.

VIII. Quod ad conſuetudines noſtras Pomeranicas attinet, ſimpli-

ſimpliciter hæc quæſtio neganda erit. Non enim poteſt retinere feudum abſque hereditate ſ. ſit filius ſ. agnatus ſ. extraneus ſucceſſor. v. reſolutionem ILLUSTRISSIMI BARNIMI *fol.* 5. *lit. D.* quam etiam approbant Provinciales, hoc autem ita eſt intelligendum, ut procedat tantum ad tempus, donec ſc. diſpoſitio juris feudalis, ut ex fructibus feudi ad vitam Vaſalli æs alienum ſolvatur, in obſervantiam revocetur, vel privilegia Nobilium iterũ vim ſuam exerceant, nimirum ut ſaltem ea debita, quæ cum conſenſu Domini & agnatorum Vaſallus contraxit, proque iis feudum hypothecavit, ex feudo ſolvantur, aut pro iis feudum inſolutum detur.

IX. Quomodo autem in exſolutione æris alieni à defuncto Vaſallo relicti procedendum; de eo eſt integer *Titulus.* 25. von Bezahlung deß Lehnmans verlaſſenen Schulden. Primo enim aſſumenda eſt pecunia parata, die Baarſchafft/ quod Conſiliarii etiam conſultius arbitrantur, quia (1) femina eo ipſo compellitur, ut ſtante matrimonio, laboret, quo pecunia adſit parata, daß Baarſchafft außgethan werde. (2) quia paratior eſt modus ſolvendi creditoribus valdè exoptatus. Si autem ex illa creditoribus ſatisfieri non poſſit, progrediendum eſt ad bona mobilia & immobilia, allodialia ſc. ubicunque etiam ea ſita ſint. Et ſi nec hæc ſufficiant, tunc demum in ſubſidium tantum bona feudalia tenentur, non attento, quod Domini & agnatorum conſenſus acceſſerit, nec ulla contractorum debitorum habitâ diſtinctione, v. *concl.* 1.2. & 4. *d. T.* 25. & Landtags Abſcheidt *d. anno* 1581 Ita etiam judicatum in cauſa Egidii Flemings Lehensfolger / *contra* ejuſdem viduam. add. de hac clauſula: *in ſubſidium ſi hereditas deficiat,* P. Heig. *p.* 2. *q.* 20. *n.* 42. Modeſt. Piſtor. *q.* 122. *num.* 33. & 51. *cum ſeqq.* Köppen. *deciſ.* 54. Roſenth. *c.* 7. *concl.* 20. & Gail. 1. *O.* 117. Excipiuntur tamen hinc aliqui caſus, quibus feuda etiam principaliter, licet hereditas ſufficiat, pro debitis obligata ſunt, quoties ſc. debita contracta in rem atque utilitatem feudi verſa ſunt, ut ſi *v. g.* pecunia mutuo acceptâ Ædificium aliquod exſtructum, vel feudum ejuſque jura ampliora & meliora facta ſint, vel etiamſi Vaſallus talem pecuniam in reluitionem feudi alicujus impenderit v. *d. T. concl* 3. 5. & *ſeq.* add. Cravett. *conſ.* 197. *n.* 1. ubi æs alienum occaſione feudi contractum & in ejus utilitatem verſum Vaſalli ſolvere coguntur. item Modeſt. Piſtor. *q.* 122. *num.* 52. & 100. & *q.* 123. *n.* 137. 143. & 147. *in f.* Hartm. Piſt. *p.* 1. *q.* 31. *n.* 15. Gail. 1. *O.* 117. *n.* 4.

X. Hoc adhuc notandum hic eſt, utrum ſolutio iſta debeat fieri ex fructibus feudi, ſecundum diſpoſitionem Juris feudalis, an verò quemadmodum hucuſque id ex ſingulari Principis conceſſione obſervatum fuit, feuda deficiente ſc. hereditate, atque ita in ſubſidium pro ære alieno diſtrahi & in ſolutum dari poſſint. Et quamvis aliquoties cogitatum fuerit de aliqua diſtinctione inter debita, pro quibus feuda cum conſenſu agnatorum & Domini oppignorantur vel hypothecantur, & inter debita chirographaria, pro quibus feuda in ſpecie non ſunt obligata, ita ſc. ut illa ex feudo ipſo per inſolutũ dationem: hæc vero ex fructibus ſaltim ad vitam debitoris ſolvenda eſſent. Tamen cum nihil certi adhuc in hac re deciſum, priori iſti obſervantiæ tamdiu inhærendum, donec contrarium probetur. v. *concl. 6. d. tit. 25.* præprimis autem addantur rationes, quæ habentur im Landtags Abſcheid *d. anno* 1608. zu Treptow. Cæterùm quatenus executio deficientibus bonis allodialibus in feudis fieri poſſit ac debeat, de eo v. Mind. *l. 2. de contin. cauſ. c. 3 n. 10. & ſeq.* Reyer. *in proceſſ. Judic. D. 8. th.* 34. & Gail. 1. O. 117.

XI. Nec hoc, quod de ære alieno hic diximus, ſolum noſtris feudis convenit atque proprium eſt; cum & aliarum quarundam provinciarum mores requirant ut ex feudis ad quemcunque ſucceſſorem fuerint delata, creditoribus in ſubſidium bonorum allodialium deficientium ſatis fiat, quod de feudis Megapolenſibus teſtatur Cothm. *vol. 2. conſ. 75 n. 34.* quæ res multos effectus, conſequentias & ſequelas multas ſecum adfert, ut exemplis ab eod. Cothm. demonſtratur *d. conſ. n. 35. cum aliquot ſequent.* ubi etiam ulterius monet, id quod diximus, feuda Megapolenſia æri alieno eſſe obnoxia, non ſic accipiendum eſſe, ac ſi feudorum iſtorum natura prorſus immutata & abſorpta ſit & per conſequens ex feudis pacti & providentiæ feuda merè hereditaria ſint effecta, ſed tantum eò hoc pertinere, ut intelligamus feudorum ex pacto & providentia naturam, quoad æris alieni onus quodammodo alteratam eſſe & in reliquis naturam ſuam priſtinam feuda ea retinere, idq; ut ita fiat Nobilium Vaſallorum maxime intereſſe dicit, conſul. etiam de conſuetud. Marchiæ. Schepl. *p. 3. t. 2. §. 6. & p. 4. t. 2. §. 4. & t. 6. §: 6. &* 10 *num. 6 in prompt.*

XII. Circa æs alienum Vaſalli hic etiam non immerito quæritur. Utrum Vaſallo obærato, & per executiones ad inopiam

redacto, alimenta ſint relinquenda? Reſp. Miles quidem habet beneficium competentiæ & in id tantum condemnatur, quod facere poteſt, ita ut condemnatus licet plus debeat, poſſit retinere ea, quæ ipſi ad ſeſe honeſtè exhibendum & egeſtatem evitandam ſunt neceſſaria *per l. miles. 6. ff. d. re judic* & Dd. ibid. At cum d l. ſolum de iis loquatur, qui ſunt in expeditione; Vaſalli verò noſtri non actu ſed potentia tantum ſint milites. Idem de illis quoque dicendum non videtur, ut fit in Marchia, quod etiam Conſiliarii & Deputati approbant, modò moderata ſint alimenta, quæ propterea à Dno Judice prævia cauſæ cognitione conſtituuntur.

XIII. Qu. (5) *An hæc feuda ejus ſint naturæ, ut etiam abſque conſenſu & præſcitu Domini feudi, & ſ. ſint magna, ſ. parva, pro arbitrio & voluntate Vaſallorum etiam in infinitum dividi poſſint*? quid Jure Communi circa hanc quæſtionem obtineat *ſuprà c.1.* oſtendimus. Et ſanè abſq; præjudicio Domini diviſio indeterminata fieri nequit, nam ſervitia, utpote die Roßdienſte / diſtrahuntur & propterea debilitantur, qualis diviſio regulariter eſt prohibita Petr. Marqueck. *d. diviſ. bonorum c. 2. n.* 38. Roſenth. *c. 9. concl.* 5. ſi autem inhibeatur infinita diviſio ordinum & familiarum dignitas conſervatur, quod ut fiat, publicè intereſt *l. 1. §. 13. ff. de vent. inſpic.* hinc etiam apud nos invaluit, ut feuda majora quidem dividi poſſint, minora, v. de quibus fortè, unus equus zum Roßdienſt præſtatur abſque cauſæ cognitione & conſenſu Serenissimi ſub pœna arbitraria non dividantur, ſed ea deſcribenda ſunt, uti habetur *in concl. 2. t. 2.* Conſenſus namque Domini requirendus eſt, & arbitrio Judicis permittendum, an commodè poſſit fieri diviſio, an verò expediat uni totum feudum aſſignare & alteri æſtimationem adjudicare *per l. ad officium ff. commun. divid.* Schrad. *dict. p. 8. cap. 2. num.* 35. & ita etiam putant qui Serenissimo ſunt à Conſiliis & Deputati conſentiunt, ne autem hoc caſu Vaſalli in ſportulis nimis gravarentur, ſtatutum, ne amplius 2. Imper. pro hac requiſitione dare cogantur, & quomodo in prædicto caſu feuda æſtimari debeant, vid. *in concl. 5. d. t. 7.* ubi tamen Conſiliarii iterum conſultius eſſe dicunt, ut arbitrio & privatæ Vaſallorum conventioni, hoc relinquatur, & ſi demum illi inter ſe convenire non poſſint, quod tunc Dominus pretium arbitrari debeat, deductis ſc. oneribus.

XIV. Qu. denique, (6) *Utrum pecunia ex feudo redacta, ſ. id*

fiat per venditionem ſ. ratione dictæ æſtimationis, & adjudicationis, ſit & maneat feudalis, ita ut eam recipiens iterum cogatur in aliud feudum impendere, & an feudum tali pecunia emptum Jure antiqui an v. novi habendum ſit? Quod ad *primum membrum* attinet communiter id negatur *per c. ſi de feudo §. ſi Vaſallus de beneficio 2. F. 26.* ubi id, quod ex tranſactione pro feudo quis accipit, feudum eſſe negatur. Quia non feudi titulo ſed veluti pretium pro re vendita datur & accipitur, atque hanc ſententiam eſſe communiorem & de Jure veriorem dicit Weſenbec. *cap. 7. num. 9.* ubi addit per Elect. Sax. conſtitutiones. Novell. in hanc ſententiam itum eſſe, ut apparet *ex conſtitution. Saxoniæ p. 2. conſtit. 30.* atque hoc eſſe in confeſſo quod pretium ſeu pecunia ex feudi venditione redacta, non ſit aut cenſeatur feudalis, dicit Schult. *q 49. n. 4.* Coler. *deciſ. 283* add. Cothm. *reſp 8. vol. 1.* Vult. *1. feud. c. 5. n. 10.* Ludvv. *S. F. c. 11. p. m. 245.* Cæterum de hac quæſtione utrum pecunia ex feudo comparata ſit feudalis. v. Köppen. *qu. 18.* Pruckm. *conſ. 9. n. 1. & ſeq. vol. 2.* & noviſſimè Berlich. *p. 3. concl. pract. 42.* in qua eam accuratè pertractat. Atque hanc ſententiam. dict. Aut: adeo veram eſſe ſcribunt, ut ſi inter fratres vel agnatos convenerit, ut ejuſmodi pecunia aſſumeret naturam feudi & in aliud feudum iterum convertatur; conventio etiamſi jurata ſit, nullius momenti habeatur, add. ſuperioribus Borch. *c. 6. n. 14.* Coler. *deciſ. 94. n. 9.* Cothm. *d. vol. 1. reſp. 48 n, 12.* quam communem eſſe teſtantur Schurff. *conſil. 11. n. 2. cent. 1.* & Köppen. *d. q. 18. n. 7.* non deſunt tamen, qui volunt, hodie de conſuetudine convenire poſſe, ut pecunia fiat & ſit res feudalis Cothm. *d. l. n. 17. ibiq; alleg.* ubi etiam *n. ſeq.* talia pacta in Electoratu Brandeb. aliiſque nonnullis provinciis quotidie fieri, & ſecundum ea pronunciari, teſtis eſt. Prætereà inſuper fidem & conventionem implere naturalis æquitas expoſcit, ideoque Vaſallus pecuniam accipiens ex feudo, ſi promiſerit illam in feudum rurſus convertere, tenetur ex promiſſo, & ſi vivens huic obligationi non ſatis facit, eo mortuo heredes ejus ad præſtandum id quod intereſt, tenentur. *arg. l. 13. §. 1. in f. ff. de re judic. l. 72. verſ. Celſus tamen ff. de V. O. & l. 14. C. de rei vind.* rationes decidendi vide apud Carpz. *p. 3. conſtit. 30. def, 1.* add. Roſenth. *cap. 4. concluſ 8.*

XV. Ad *alterum* hujus quæſtionis membrum; *an ſc. feudum comparatum ex pretio feudi antiqui & ipſum antiquum ſit; an verò novum.*

Reſp.

Reſp. Illud regulariter novum eſſe; quoniam pecunia non ſuccedit loco rei, *l.* 3. *C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tac. contrahatur* & *l.* 48. §. *ſ. ff. de furtis*, quemadmodum nec res loco pecuniæ, *l. ſi ex ea* 6. *C. de R. V. l. pecunia* 12. *C. de Jur. dot.* v. Schrad. *p.* 2. *c.* 3. *n.* 57. Ludvv. 5. *F. c.* 3. *p. m.* 54. Roſenth. *c.* 2 *concl.* 16. & *c.* 4. *concl.* 8. Zaſ. *p.* 12. *n.* 31. Weſenb. *conſ.* 41. *n.* 170. *vol.* 1. Pruckm. *conſ.* 34. 48. & 50. *vol.* 1. & *conſ.* 9. *vol.* 2. Fallit tamen hæc regula 1. ſi emens feudum de iſta pecunia expreſsè hoc egerit cum Domino , ut in locum prioris feudi ſurrogetur. *arg. l.* 23. §. *ſ. ff. ſolut. matrim. l.* 72. §. *ſ. ff. de legat.* 2. *l.* 28. §. 1 *ff. de cond. & demonſtr.* Fallit. 2. ſi tempore venditionis feudi antiqui expreſsè promiſerit agnatis, ſe ex pretio inde recepto in locum illius aliud feudum antiquum emturum. Schrad. *d. c.* 3. *n.* 58. ubi allegat hanc in rem Matth d. Afflict. *c. quidam n.* 9. & 10. 2. *F.* 14. facit huc optimè *l ſi pupilli* 6. §. *item procuratori* & Bart. *n.* 4. & 5. *d. negot. geſt.* add. etiam Ludvvel. *dict. cap.* 3. & hæc ex Jure Communi.

XVI. Si autem conſtitutiones noſtras hac de re inſpiciamus, affirmative utrumque quæſtionis hujus membrum decidendum erit. Concluſum enim eſt *ſub Tit.* 2. *concl.* 6. quod talis pecunia feudalis eſſe & naturam atque qualitatem feudi retinere, imò, ſi modo fieri poſſit in emtionem alterius feudi iterum converti debeat, quo caſu etiam agnati, tam in pecunia iſta, quam feudo exinde comparato ſimultaneam retinent inveſtituram. Et ſecundum hoc etiam judicatum eſt *in cauſa* Michel Kleiſten contra Jürgen Jochim und Reymar die Kleiſte & noviſſime *anno ſc.* 1664. *in cauſa* Marx Böhnen contra Michel Böhnen, *add. de conſuetud.* March. Scheplitz. *p.* 4. *tit.* 25. §. 1. quod pecunia ex feudo redacta ſit & maneat feudalis , quam ſententiam etiam tenuit Henning. Gœden. *conſ.* 18. *n.* 3. Citatus à Vult. *d. l.* 1. *F. c.* 5. *n.* 10. & Curiæ Saxonicæ in judicando olim amplexæ ſunt teſte Weſenb. *c.* 7. *n.* 9. & *conſ.* 79. *pag.* 2. Et hæc in genere de feudis tam ex Jure Communi quam particulari Pomeraniæ obſervantia, dicta ſufficiant.

PARS

PARS II.

Continens Specialia.

CAPUT I.

De Jure ſucceßionis feminarum in feudis.

THESIS I.

PRæmiſsâ ita generali feudorum tractatione atque cognitione tam ex Jure feudali communi quam ſpeciali Pomeranico, viſisque iis feudorum diviſionibus atque ſpeciebus, quæ nobis cognitu maximè neceſſariæ videbantur, præſertim ad ea, quæ præſenti capite dicturi ſumus. Jam ad ſpecialiora & ita ad Rubricam hujus noſtræ Diſp. accedimus, in qua Jura feminarum ſingularia in feudis paucis nos examinaturos promiſimus.

II. Solliciti igitur qui ſunt de prædictis feminarum juribus, temperent ſibi neceſſe eſt, & ne affectibus erga mulieres nimis indulgere videantur, non ſaltim quæ ipſis favorabilia, ſed & quæ gravia, & minus accepta atque proficua videntur, conſignare coguntur. Jura autem hæcce qui ſummatim comprehendere velit feliciter forſan id efficiet referendo illa vel ad ſucceſſionem vel ad alimenta & dotem, vel ad dotalitium, vel ad ſponſalitiam largitatem ſive Morgengabam, Annumgratiæ & reliqua lucra nuptialia, vel ad Jus πρωτοπραξίας ſive prælationis vel denique ad Jus retentionis, quod pro dictis Juribus ipſis competit.

III. Ex hoc multiplici fundamento Jura feminarum ſingularia quoad earum bona & facultates ceu ex prono profluunt alveo, quotquot illorum ſingularem merentur conſiderationem; Et ſanè quod pinguior hinc ſit feminarum Nobiliũ, quam plebejarum conditio, nemo inficias ibit. Hac vice ergo ex primo Diſſertatiunculam noſtram haurientes, id videbimus, quod omnes quidem feminas tangit, minus tamen iis gratum eſt, quia prohibitivum: ne ſc. ad ſucceſſionem feudorum admittantur *c. quia §. 3. 1. F. 1. c. ſequitur §. filia v. 1. F. 8. c. ſi quis 1. F. 24. & 2. F. 11. 23. in f. 36. 50. & paßim in Jure feud.* ut ita meritò hic cum Papiniano JCto exclamare liceat, *deteriorem eſſe feminarum quam maſculorum conditionem l. 9. ff. d. ſtat. homin.*

IV. Ante

IV. Ante omnia autem hic explicandum erit, qualis ſucceſſio in feudis intelligatur, Jure enim communi duplex ea eſt teſtamentaria & legitima §. *f. J. per qu. perſ. cuique acquir.* & quamvis teſtamentariæ diſpoſitionis aliàs in Jure civili prior ac potior ratio habeatur *l. 39. ff. d. acquir. hered. l. 89. d. R. J.* in feudis tamen regulariter locum non invenit per textum *in d. c. ſequitur in f. pr.* 1. *F.* 8. Schrad. *p.* 1. *c.* 2. *n.* 1. Roſenth. *c.* 7. *concl.* 2. *n.* 2. *& ibi in not. ſub lit. c.* Vultej. 1. *F.* 9. *n.* 149. *ſeq.* Ludvv. *S. F. c.* 9. *in pr.* adeò, ut ne quidem pro anima, (vulgo dicitur Ein Seel gerädt machen/) quicquam Vaſallus relinquere poſſit *c. eſt a.* §. 1. 2. *F.* 9, add. Iſern. *in c. ſi contigerit* 2. *F.* 45. ubi dicit quod Vaſallus ne unam quidem candelam poſſit relinquere de feudo, quod refert & ſequitur Afflict. *in c. Imperialem. n.* 71. 2. *F.* 55. idem docuerunt etiam Mozz. Schrad. & multi alii allegati à Vult. *d. l.* Et hoc etiam Jure Canon. procedere contra Schrad. *dict. p.* 7. *cap.* 2. *num.* 4. verius eſt per ea, quæ habet Roſenth. *d. c.* 7. *concl.* 2. *num.* 7. Hunn. *c.* 10. *p.* 195. Setz. *D. F.* 7. *theſ.* 2. *lit.* C. & Vult. *d. c.* 9. *n.* 159 *in f.* Hinc ſi Vaſallus de facto alii feudum per teſtamentum vel legatum, vel fideicommiſſum reliquerit, diſpoſitio hæc, ex communi Dd. opinione, ipſo Jure nulla eſt, & ſic nec æſtimatio ejus debetur. Rationem ejus v. ap Vult. *d. c.* 9. *n.* 154. Et hanc ſententiam, complures Germaniæ noſtræ doctiſſimi Viri ſequuntur, quos citatos vid. ap. Vult. *d. c.* 9. *in pr.* & Gail. 2. *O.* 154. *n.* 13. *&* 14. ubi dicit, ab hac tanquam communi in judicando recedendum non eſſe. Schrad. tamen *d. p.* 7. *c.* 2. *n.* 9. eam ita limitat, niſi apertè conſtet de voluntate teſtatoris enixè volentis, illi, cui feudum reliquit æſtimationem ejus præſtandam; tunc enim Legatario non quidem à Succeſſore feudi, ſed à ſucceſſore bonorum allodialium eam præſtandam eſſe cenſet, *arg. l.* 112. *in pr. ibique Gloſſ. ff. de leg.* 1. Alex. *conſ.* 9. *n.* 14. *lib.* 2. quibus accedit Rittersh. 1. *partit. feud.* 12. *q.* 7. eamque ſententiam communi Dd. calculo receptam eſſe ſcribunt Curt. jun. Socin. jun. & alii non nulli allegati à Vult. *d. c.* 9. *n.* 152.

V. Excipiuntur autem hinc Caſus quidam, quibus etiam teſtamentaria diſpoſitio in feudis admittitur, ut (1) ſi feudum abſolutè ſit hereditarium, & allodii jure Cenſeatur; tunc enim æquè ac cætera allodialia & inter vivos alienari & per ultimam voluntatem, in alium, etiam Extraneum transferri poteſt, per ea quæ ſuprà de effectibus feudi hereditarii à nobis dicta ſunt. (2) ſi

eo pa-

eo pacto expreſſe datum ſit, ut Vaſallus licite illud tam inter vivos, quam mortis cauſa alienare poſſit *arg. c. ſi quis* 2. *F.* 48. Borcholt. *c.* 7. *p.* 2. *n.* 6. & Schrad. *d. c.* 2. *n.* 13. (3) ſi conſuetudo regionis vel loci alicujus ſtatutum ita ferat, ut liberè de feudo etiam ſine conſenſu Domini & agnatorum diſponere poſſit, Zaſ. *p.* 8. *n.* 63. Schrad. *d. c.* 2. *n.* 14. (4) Si Domini & agnatorum conſenſu ſaltim tacito Schrad. *d. c.* 2. *num.* 16. *&* 17. Ludvv. *d. c.* 9. *pr.* teſtamentum conditum fuerit *arg. c. quia* §. 1. 1 *F.* 5. *& c. alienatio* 2. *F.* 39. Roſenth. *d. c.* 7. *concl.* 4. *&* 5. add. Vult. *d. c.* 9. & præprimis Schrad. *d. p.* 7. *c.* 2. *n.* 12 *& multis ſeqq.* ubi 17. hujuſmodi fallentias ſive exceptiones ad prædictam regulam recenſet, quas maximam partem examinatas v. ap. Ludvv. *d. c.* 9. *in pr.*

VI. Hiſce caſibus exceptis omnis de feudo ſuprema voluntas eſt invalida. Miſsâ igitur ſucceſſione in feudis teſtamentaria velut irregulari videamus jam regularem ſive legitimam (hanc, in materia hac feudali minus propriè *ab inteſtato* vocari putat Vultej. *d. c.* 8. *n.* 171. Tum enim propriè *inteſtati* cauſam ſubeſſe arbitratur, cum is, qui Jure teſtamentum facere potuit, non fecit, ut eſt *in pr. J. d. hered. quæ ab inteſt. deſ.* privatio enim præſupponit habitum, dictum autem eſt de feudo Vaſallum regulariter teſtari non poſſe, cui conſequens eſt, ut nec propriè dici poſſit decedere *inteſtatus* Alvar. *in c. ſequitur num.* 3. *verſ. oppono* 1. F. 8.) de hac ſc. *legitima ſucceſſione* in genere hoc tenendum, quod quidem non tam ex Jure defuncti pendeat, quam Jure ſuccedentis proprio nitatur, ut is non tam in locum illius, quam primi acquirentis ſuccedere videatur Hinc pro regula traditur: Ultimum agnatum ſemper eſſe primi acquirentis ſucceſſorem, etiamſi feudum per mille manus ambulaverit Gail. *lib.* 2. O. 149. *n.* 3. quia tamen miniſterio ultimi poſſeſſoris defertur feudum. Iccirco & eidem recte ſuccedi dicitur, & proximitas in ſucceſſione feudali non reſpectu primi acquirentis ſed ultimi poſſeſſoris defuncti conſideratur, & qui huic gradu eſt proximior, excluſo remotiore ad ſucceſſionem admittitur Schrad. *p.* 7. *c.* 7. *n.* 19. Roſenth. *c.* 7. *concl.* 57. *n.* 19. Ern. Cothm. *vol.* 1 *conſ.* 26. *n.* 321.

VII. Sunt autem Jure Communi quinque Succedentium ab Inteſtato ordines *Deſcendentium*, *Aſcendentium*, *Collateralium*, *Conjugum* & *Fiſci* quanquam hic minus propriè ſuccedere, ſed rectius bona illa tanquam vacantia occupare dicatur. Verum Jure feudali

primò

primò nulla Conjugum eſt ſucceſſio *c. ſi femina* 1. *feud.* 15. & *c. Titius* 2. *F.* 13. hinc feudum in dotem datum, niſi maritus ſpecialiter etiam ſuo nomine de eo inveſtitus ſit, ſoluto matrimonio revertitur ad Dominum *per c. cum de re §. quamvis* 2. *F.* 8. ſicut nec ſtatutum diſponens, ut maritus lucretur certam dotis partem, ad feuda extenditur *per d. c. cum de re §. f.* fallit tamẽ hoc duob. caſibus, videlicet ſi vel pacto expreſsè ita conventum, vel feudum ſit hereditarium; tunc enim maritus & uxor perinde ad hujus feudi ſicut ad aliorum bonorum ſucceſſionem admittuntur, v. Schrad. *d. p.* 7. *c.* 7. *n.* 24. & ita communiter feud. Interpretes tradere teſtatur Vult. *d. c.* 9. *n.* 247.

VIII. Fiſci quoque nulla hic habetur ratio, ſed beneficium ad Dominum revertitur, ipſique applicatur, qualecunque etiam illud ſit, Vultej. *c.* 9. *n. ult.* Sonsbec. *p.* 9. *n.* 116. Setz. *D.* 7. *th.* 28. add. Rittersh. *d. l.* 1. *c.* 16. *q.* 19. & *ſeqq.* item Ludvv *S. F. c.* 10. *in pr.* an autem, quomodo, & quatenus Vaſalli bonis confiſcatis feudum etiam in Confiſcationem veniat, hujus loci eſſe non videtur.

IX. Sed nec aſcendentes ad feuda regulariter admittuntur *per c. ſucceſſionis pr.* 2. *F.* 50. ratio eſt, quoniam hæc natura feudi eſt, ut ſibi & poſteris ſuis, non aſcendentibus, quis proſpiciat: quam ipſe textus innuere videtur, cum dicit: *ſucceſſionis feudi talem eſſe naturam.* Aliam refert Duar. *d. feud. c.* 11. *n.* 10. quam ſequitur Ingenioſiſſimus ille (*ita eum vocat* Vult. *d. c.* 9. *n.* 205. *inf.*) Hartm. Piſtor. *p.* 2. *q.* 19. *n.* 7. quod ſc. cum antiquiſſimo Jure in feudis nulla eſſet ſucceſſio; & rarius eveniret, filios ante Parentes ſuos decedere, ita ut etiam eo caſu mortalitatis ordo turbari, & contrà Parentum & ipſius naturæ votum hoc accidere dicatur *in l.* 15. *pr. ff. de inoff. teſt.* factum ſit, ut feuda quoad aſcendentes priſtinum ſuum ſtatum retinuerint, Vult. jam cit. loc. Ludvv. *d. c.* 10. *in pr.* & Mynſ. *cent.* 13. *O.* 93. ubi dicit hoc eſſe ætiologiam, quia ſi feudum ſit antiquum, impoſſibile eſt patrem vel avum filio ſuccedere, cum ejus ſit naturæ, ut ab iis prædefunctis ad filios defluat 2. *F.* 11. ſi autem novum ſit, tunc mortuo ſine liberis Vaſallo, ad Dominum revertitur, non ad Patrem vel avum *d. F.* 11. *verſ. hu vero deficientibus add.* 2. *F.* 14. & 49. item Hartm. Hartm. *d. feud. c. ult.*

X. Notanter adjecimus vocabulum *regulariter*, ſunt enim & hic aliquot exceptiones, quarum potiores breviter attingemus (1) igitur fallit ſupra dicta Reg. quando pater in filii favorem feudum antiquum refutavit, ut is de eo inveſtiretur & filius ſine liberis deceſſit,

ceſſit, quam exceptionem in Cam. Imp. receptam eſſe teſtatur Mynſ. *d. O.* 93. *Rationem* Hartm. Hartm. *d. Obſ. ult.* hanc adfert, quod hoc caſu Pater non tam filio ſuccedat, quam primo acquirenti. Nec obſtat, quod Pater feudo ſemel renunciaverit, cum hujuſmodi renunciatio morte filii in cujus favorem facta fuit, extinguatur. Hartman. Piſtor. *d. l.* & Arum. *D.* 6. *th.* 10. aliud tamen obtinet in feudo novo, uti docet Hartm. *d. l.* Rittersh. *d. l.* 1. *c.* 12. *q. f.* Borch. *cap.* 7. *p.* 2. *n.* 9. Roſenth. *d. c.* 7. *concl.* 14. & Schrad. *p.* 67. *c.* 6. *num.* 5. qui tamen notãter hoc limitat in feudo novo jure antiquo alicui conceſſo, cum hoc feudum per omnia & in omnibus antiqui feudi naturam ſortiatur. *per ibi alleg.* (2) fallit, ſi ob benemerita patris, remunerationis ergò filius de feudo ſit inveſtitus *arg. l.* 6. *ff. de collat. bon. l. ult. in f. C. d. uſufruct.* Schrad. *d. c.* 6. *n.* 4. Roſenth. *d. concl.* 14. (3) quando pacto ita expreſsè conventum & cõnſuetudine alicubi receptum eſt. Schrad. *d. c.* 6. *n.* 3. Vult. *d. c.* 9. *n.* 206. *cum ſeq.* Roſenth. *d. concl.* 14. *n.* 18. & 21. (4) ſi feudum ſit hereditarium *arg.* 2. *F.* 48. quod inſtar allodii omnis generis heredibus defertur. Roſenth. *c.* 2. *concl.* 35. *n.* 4. Schrad. *d. c.* 6. *n.* 3. (5) denique ſi avus conſentiente filio feudum in nepotem tranſtulerit *arg. d.* 2. *F.* 14. Roſenth. *d. c.* 7. *concl.* 14. *n.* 10. add. de his omnibus Ludvv. *d. c.* 10. *in pr.*

XI. Id v. hic adhuc quæſtionis eſt, utrum iis caſibus, quibus aſcendentes in feudum ſuccedunt, una cum illis & fratres defuncti admittantur juxta diſpoſitionem *Nov.* 118 *c.* 2. & in feudo quidem hereditario res expedita eſt, *arg. auth. defuncti C. ad SCt. Tert.* in reliquis autem plus dubitationis eſſe videtur; verum & hic affirmativa amplectenda, cum Jure feudali hic caſus non ſit deciſus, adeoq; Jure Communi inhærendum, diſpoſita enim in allodialibus etiam in feudis locum habent, quoties conſuetudines feudales contrarium non diſponunt *c. Obertus.* 2. *F.* 1. *verſ. ſtrenuus.* Schrad. *d. c.* 6. *num.* 10. *ſeq.* Roſenth. *d. concl.* 14. *n.* 27. Ludvv. *d. c.* 10. §. 1. *inf.* remanent ergò ſoli deſcendentes & transverſales, veluti genuini feudorũ ſucceſſores.

XII. Redimus jam ad feminas, de quibus hic potiſſimum agendum eſt, diximus autem *ſupra th.* 3. eas regulariter à ſucceſſione feudorum excluſas eſſe, cujus rationes, ampliationes & limitationes nunc inquirendæ erunt, quod igitur primum attinet, putat quidem Gloſſ. *ad* §. *hoc a.* 1. *F.* 1. nullam quæ ſatisfaciat, reddi poſſe, ſed pro ratione eſſe voluntatem eorum, qui hanc conſuetudinem introduxerunt,

duxerunt, quam Gloſſ. etiam ſequuntur Clar. Gatz. & alii citati à Vult. *d. c. 9. n. 29.* Verum prohibitionis iſtius rationem altius quam ex ipſius feudiſtæ verbis petere fruſtraneum ducimus cum Carpz. *tr. d. jure fem. ſingul. dec. 8. poſ. ult. n. 4.* capaces enim feudi haut ſunt, tum quod feuda à militia originem habeant, mulieres autem ad ſervitia feudalia idoneas non eſſe expeditum ſit, quam pro vera & potiſſima ratione agnoſcit Hartm. Piſtor. 2. *q. 34. n. 1. & 34.* eamque ſolam amplecti videtur Weſenb. *c. 6. n. 22.* & Rauchb. 1. *q. 37. in pr.* tum quod cœtui & conſortio Virorum ſe immiſcere, viros comitari ac ſequi ſexus hujus pudori adeoq; honeſtati non parum repugnet, *per l. 1. §. 5. ff. d. poſtul.* tum quod neque conſilio, ob ſexus imbecillitatem & judicii fragilitatem Dominum feudi juvare neque ob lubricitatem linguæ & innatam garrulitatem ſecreta ejus occultare queant, quæ tamen ſingula Vaſallis præſtare incumbunt 2. F. 6. *& 7.* Carpz. *d. tr. c. 1. n. 4. & 5.* Hartm. Piſtor. & Vult. *c. l.* Gail. 2. *O.* 154. *n.* 1. & Ludvvel. *S. F. c. 9. §. 2. p. m.* 185. aliam denique his ſuperaddit Valent. Forſt. JCtus Clariſs. 4. *d. ſucceſſ. c. 23. n.* 48. qui conſuetudinis hujus rationem ex L. XII. Tabb. deſumta putat, qua agnati tantum ad ſucceſſionem vocantur, excluſis feminis, idque propter familiæ conſervationem, & ut bona penes eos remanerent, qui Reipub. in neceſſitatibus ſtrenuam operam navare poſſent.

XIII. Ampliatur hæc Regula (1) ita, ut neque maſculi ex femina excluſa nati ad feudi ſucceſſionem admittantur *d. §. 3.* 1. F. 1. *c. per ſucceſſionem 2. feud.* 11. rationes v. ap. Hartm. Piſtor. *d. q. 34. n. 5. ſeq.* Ludvv. *d. c. 9. § 2. pr.* & Vult. *d. c. 9. num.* 31. ubi 5. affert (2) ampliatur, ut procedat etiam in feminis, quæ ad bellum & onera militaria ſunt idoneæ, quarum aliquot refert Hartm. Piſtor. *d. q. 34. in §. 3. pr.* & plures paſſim in hiſtoriis occurrunt, non enim ad ea quæ raro accidunt; voluntates contrahentium accommodantur *l. 3. & ſeq. ff. de ll.* & quamvis in illis ratio ceſſare videatur, ob quam feminas à feudi ſucceſſione removeri tradidimus: Cum tamen, unius deciſionis plures ſint cauſæ & rationes, non ſtatim unâ ceſſante, ipſa quoque ceſſat diſpoſitio, reliquæ enim adhuc obſtare poſſunt, ut monet Everh. in Topic. *loc. à cauſa ceſſ.* v. Hartm. Piſtor. *c. l. n. 3. & 4.* & Vult *d. c. 9. n. 39.* qui etiam ad ea, quæ in contrarium adferri ſolent, ſatis ſolidè reſpondent. Nec (3) hic diſting. utrum feudum magnum ſit, quod voluit Romanus Præpoſ. & alii allegati à Curt. *q. 3.*

n.14. an exiguum. Cum feudum exiguum quoad naturam ſuam non minus feudum ſit, quam magnum, & diſpoſitio Juris Communis ſimpliciter concepta tam in minimis, quam in magnis locum habeat *l. 22. pr.* & ibi Gloſſ. & Bart. *ff. d. damn. infect.* Jaſon. *l. ſciendum 15. pr. ff. qui ſatisd. cog. & §. gallinarum Inſtit. d. rerum diviſ.* Schrad. *p. 7. c. 4. n. 7. & 8.* Schneid. *p. 6. n 24.* Roſenth. *c. 7. concl. 31. n. 8.* & Ludvv. *d. c. 9. n. 2.* (4) procedit etiam in feudo pecunia emto, nam etſi multi opinati fuerint, in feudo emto feminam ſuccedere, ut primus ſenſit Odofred. *in ſumma tit. 1. qui in feud. ſucced. poſ.* quem poſteà ſecuti ſunt Romanus Decius, Clarus &c. & noviſſime Gail. 2. O. 159. *n. 3. ſeqq.* Hanc tamen opinionem non eſſe ſatis tutam, reſpondit Menoch. *conſ. 1. n. 470.* Et ſe vidiſſe aliter judicari refert Jacob. d. S. Georg. *in verbo & feminis n. 6.* Stat ergò ſententia noſtra firmiori ut videtur ſubnixa fundamento, quam alia quævis, quod multis & ſatis etiam ſolidè verificant Hartm. *d. q. 34. n. 8. & 9.* Vult. *d. c. 9. n. 50. ſeq.* & Ludvvel. *d. c. 9. p. m. 191. cum ſeq.* atque hanc opinionem veriorem atque conſuetudine receptam docet Schneid. *p. 6. de ſucceſſ. ab inteſt. n. 22.* & in Cam. ſervari Mynſ. 5. O. 73. *n. 4.* in terris itidem Saxonicis eam receptam teſtatur Rauchb. *q. 37. n. 16.* Dicit quidem Natta *conſ. 159. n. 16.* ſtultum videri in feudo emto attendere Reg. Feud. verùm multò ſtultius videtur non attendere reg. illam, quod feudum in una ſui parte alteratum in cæteris ſuam naturam retineat, quod etiam in feudo emto locum habet. Accedit denique, quod, ut Dd. loquuntur, duæ & multo magis plures ſpecialitates circa rem eandem concurrere non debeant, qui tamen concurſus ſententiæ affirmativæ conſequens eſt, nam ſpeciale eſt in feudis, ut emantur, & ſpeciale quiddam etiam eſt, ut feminæ in feudis ſuccedant. Vult. *d. c. 9. n. 51. in f.* add. Fachin. *7. contr. 37.* Schrad. *d. p. 7. c. 4. n. 5.* & Carpz. *d. tr. decad. 8. poſ. ult. n. 7.* (5) in feudo Cenſuali Ludvv. *d. ſucceſſ. feud. c. 6. §. 1. n. 3.* (6) in feudo Eccleſiaſtico quod à curvo baculo, cum quo inveſtitura fieri ſolet, vulgo appellatur *feudum curvi baculi* Germanicè Krumſtabs Lehn *arg. c. quia §. 3. juncto princ. 1. F. 1.* niſi conſuetudine id alicubi receptum ſit: ut de feudis Fuldenſibus & Hirsfeldenſibus teſtatur poſt alios Matth. Wehn. *in obſ. pract. ſub voce* Fuldiſch Lehn / vid. Schrad. *d. c. 4. n. 36.* Roſenth. *d. c. 7. concl. 37. n. 6. & 7.* & Bocer. *c. 3. qu. 25.* (7) denique ſententia noſtra ampliatur, ut procedat etiam in feudo Franco ſeu omnino libero, item in feudo conditionato, pro quo certum

tum ſervitium per feminam explicabile præſtari debet: tum quod rationes regulæ de feminis ad ſucceſſionem feudi non admittendis, plerumque etiam in feudo Franco locum habeant, conf. quæ *n.* 2. h. dicta ſunt, tum quod nullo textu contrarium probari poſſit, quod enim *c. ſi cui militi* 2. *F.* 104. attinet, extraordinarium illud eſt, quod contra rationes Juris feudalis nullam autoritatem habet. v. Zaſ. *p.*12.*n.*3. Sonsbec. *p.*4. *n.* 6. Fachin.7. *contr.*39. Ludvv. *c.* 9. *p.m.*190. Carpz. *d.l. n.* 6. & 8. & Schrad. *d.c* 4. *num.* 10. & 11. qui à *num.* 2. uſque *ad* 41. viginti hujus regulæ ampliationes recenſet, add. etiam Ludvvel. *tr. de ſucceſſ. feud. c.* 6 §. 1.

XIV. Nec propterea ullum ex hoc infortunio damnum feminæ deplorare habent, cujus refectionem ex aliis Juribus & privilegiis, de quibus in ſeqq. capp. mox audiemus ſibi polliceantur: Aut ſi forſan ſucceſſionem feudi pluris æſtiment, meminiſſe oportet, non ſemper iis viam in feudis, ſuccedendi præcluſam eſſe: Excipiuntur enim certi Caſus, quibus de Janua ad ſucceſſionem feudalem ipſis apertâ, gloriari poterunt: Quæ tamen ad tria ſumma capita optimè hic reduci poſſunt, videl. (1) ſi natura & conditio alicujus feudi id patiatur, veluti in feudo hereditario, per ea, quæ ſupra tradidimus add. Hartm. Piſtor. *p.* 2. *qu.* 1. *num.* 39. quam tamen opinionem adeo dubiam eſſe, utquo magis quis legat, eo magis ſe confundat, monet Garzon. *in tr. de feminis ad feudum recipiendis vel non recipiendis. n.* 8. & *ſeq.* Tutius igitur exemplum eſt in feudo femineo propriè ſic dicto, quod feminæ primò per inveſtituram quæſitum eſt 1. F. 8. *§. filia v. c. per ſucceſſionem ibi: niſi ejus conditionis ſit feudum* 2. F. 11. & *c. ſucceſſionis pr.* 2. F. 50. add. Hartm. Piſt. *ſæpius cit. q.*34.*n.*12. & 18. Carpz. *d.l. n.* 10. Fach. 7. *contr.* 38. Schrad. *d. c.* 4. *n.* 48. Vult. *d. c.* 9. *n.*46. & Ludvv. *d. c.* 9. *p. m.* 189. & *in tr. d. ſucceſ. feud. c.* 6. *§.* 1. (2) ſi conventione & pacto inveſtituræ adjecto expreſsè hoc actum ſit ut feudum ad feminas etiam tranſmittatur *c. quia* §. 3. 1. F. 1. *c. ſequitur* § *f.* 1. F. 8. *c. de Marchia in f.* 1. F. 14. 2. F 2. *§. f.* 2. F. 11. § *ad filias* 2 F. 50. *pr.* add. Hartm. Piſtor. *d. q.* 34. *n.*42. Carpz. *d. tr. c. l.* Schrad. *d. c.* 4. *n.*41. Vult. *d. c.* 9. *n.* 61. Ludvv. *d tr. c.* 6. *§.* 2. & Gail. *l.* 2. *O.* 159. *n.* 5. *inf.* ubi dicit naturam feudi regulari & reſtringi ſecundum tenorem inveſtituræ, etiamſi pacta ſint contra communem feudi rationem appoſita, & ita Dd. tam legendo, quã conſulendo, ubiq; unanimiter concludere. (3) denique ſi conſuetudine vel ſtatuto alicubi id peculiariter rece-

ptum

ptum ſit, quemadmodum enim conſuetudinibus feudalibus introductum eſt, ut feminæ regulariter non ſuccedant, ita conſuetudine tontraria induci poteſt, ut ad feuda admittantur, quod etiam de donat: inter Vir. & Uxor. dicit, Mev. ad jus Lübec. *lib.1.tit.6.in f.pr. arg. §.pen. J. de J. N. G. & C.* & hæc conſuetudo non tantum non eſt irrationabilis, ſicut oſtendit Vult. *d.c.9.n.63.* ſed etiam per eam ad Jus commune & naturale reditur, imò improbum eſſe, dicere: talem conſuetudinem nonvalere, per quam itur ad Jus commune, ſcribit Iſern. *in c. quia §. hoc a.* 1. F. 1. quod in ſpecie de regno Galliæ teſtatur Guid. Pap. *deciſ. Gratianop. 59. & 292.* de Regno Siciliæ Iſern. *d.l.* de urbe Patavina Curt. Jun. *p.3.n.*10. de conſuetudine Germaniæ, præſertim in Suevia id teſtatur Zaſ. *p.*8. *n.*42. Mozz. *d.ſubſtit.n.*92. add. Hartm. Piſtor. *d.l.n.*41. Schrad. *d.c.*4.*n.*53. & 55. Ludvv. *d c.9.p.m.* 193. *& tr. d.ſucceſſ. feud. c.6.§.3.* Schneid. *p.6.c.1.n.*30. & Niell. *D. F.5.th.4.* His autem caſibus omnibus, quibus feminas etiam ſuccedere probavimus, obſtacula ſ. ſervitia ipſis remiſſa eſſe cenſentur, aut ſaltim per ſubſtitutum ſervitia præſtandi conceſſa facultas, *arg. c. imperialem §.*1. 2. *F.* 55. quid enim pacta efficere non poſſent ſpecialia? *l.*72. *ff. d. contrah. empt.* Carpz. *d.l.n.* 12. & Zaſ. *in epit, feud. p.*8. *n.* 38. Ludvv. *tr. d. diviſ. feud. c.4. §. femineum ſub Reg.* 2. *in f.*

XV. Sed & hæc gratia duritie aliqua adhuc eſt miſta. Non enim fruuntur eâ feminæ, priuſquam omnes maſculi ex primo acquirente deſcendentes defecerint *c. item ſi §* 1. 1. *F.* 6. *c. ſequitur §. fin.* 1. *F.*8. *c. qui ſibi verſ. non enim patet.* 2. *F.* 17. *§. ſimiliter* 2. *F.*51. Diximus *ex primo acquirente.* Nam ſi à diverſis acquiſitoribus primis deſcendant, maſculus feminæ non debet eſſe impedimento. 2. *F.* 18. Duar. *c.* 10. *n.*9. Vult. *d.c.9.n.*70. Ampliatur hoc etiam, ut non ſolum locum habeat in ipſis feminis, ſed & in poſteritate maſcula feminarum, ſicut probat Hartm. Piſtor. *dict. p.2. quæſt.* 35. *num.*27. Nec etiam juvat eas tenor pacti, ſi forſan feudum conceſſum ſit, *pro ſe & heredibus ſuis utriuſque ſexus: aut pro ſe & heredibus maſculis & feminis,* quod eleganter ſanè defendit acutiſſimi ingenii pariter ac rerum forenſium experientiſſimus Vir Hartman. Piſtor. *d. quæſt.* 35. *à n.* 12. *uſque ad* 17. cui add, Vultej. *d.c.9.num.*66. & 71. Mynſ. 5. O. 74. *n.*3. Borch. *c.7.p.2.n.*35. & Roſenth. *c.7.concl.*40. Aliud tamen ſtatuendum, ſi quis ita de feudo fuerit inveſtitus, ut in eo ſuccedant *feminæ, ſicut maſculi,* aut ſi quis feudum acquiſiverit *pro ſe & heredibus maſculis ſimul cum feminis,* aut denique omiſsâ particula *ſimul* ſi feudum datum

fuerit

fuerit *maſculis cum feminis* ſicut itidem ſatis ſolidè demonſtrat præ-laud. Hartm. Piſtor. *d. q.* 35. *à n.* 28. *uſque ad fin.* cui add. Schrad. *d. c.* 4. *n.* 76. & Roſenth. *d. c.* 7. *n.* 41.

XVI. Ultimò hic adhuc *Qu. an femina per maſculum ſemel excluſa ſemper excluſa maneat?* Et quamvis Affirm. multos & magnos Patronos habeat prout videre eſt apud Hartm. Piſtor. *q.* 36. *n.* 1. *ſeq.* Vult. *d. c.* 9. *n.* 86. *& ſeq.* Nagativa tamen verior atque æquior eſt *arg. c. qui ſibi verſ. non* 2. F. 17. ubi expreſsè dicitur, feminam non admitti, donec maſculus ſuperſit: particula autem *donec* & ſimiles regulariter non perpetuò, ſed temporaliter, & certarum perſonarũ reſpectu excludere expeditum eſt. Accedit, quod ea ſumenda ſit interpretatio, ne diligens primi acquirentis proviſio inanis reddatur, quæ hæc fuit ut feudum hoc ad heredes ejus, non tantum maſculos, ſed iis deficientibus etiam ad feminas perveniret. *arg. c. duo fratres* 2. F. 18. Nec etiam huic ſententiæ Patroni atque defenſores deſunt, inter quos præcipuè videndus eſt Hartm. Piſtor. *d. q.* 36. *n.* 5 *& ſeq.* Mynſ. 5. O. 74. Roſenth. *c.* 7. *concl.* 44. *n.* 3. *& ſeqq.* Weſenb. *c.* 6. *n.* 23. Sonſbec *p.* 9. *n.* 130. *& aliquot. ſeqq.* Ludvv. *d. c.* 9. *p. m.* 196. & multi alii allegati à Vult. *d. c.* 9. *n. ſeq.* ubi pro hac opinione aliquoties collegium JCtorum in Academia Marp. reſpondiſſe teſtatur, eandemque à Wittebergenſium JCtorũ Collegio in pronunciando comprobatam fuiſſe dicit Heig. 1. *q.* 26. *n.* 9. *in f.* Denique eam etiam ſecutus eſt Dn. Carpz. *in Juriſpr. forenſi ad conſt. El.* 28. *def.* 15 *p.* 3. cum à contraria tanquam nimis dura in foro recedat obſervantia, ſicut ipſe teſtatur in *prælaud. tr. dec.* 8. *poſ. ult. n.* 16. quam tamen ibidem ſibi defendendam ſumpſit, iis autem quæ alias in contrarium adferri ſolent, accuratè ſatisfecit Hartm. Piſtor. *d. q.* 36. *&* Ludvv. *c. l.*

XVII. Sed *quid dicendum ſi maſculus ille feminam excludens ſine herede maſculò, relictâ ſaltim filia iterum decedat; anne femina illa per filiam hanc adhuc excluſa manet; an vero ambæ concurrunt?* Sit talis caſus: Mevius moritur ſine filiis, relicto tantum fratre Cajo & filiâ Semproniâ. Primò hæc Sempronia non poteſt patri ſuo in feudis ſuccedere, ſed excluditur à patruo Cajo per Reg: generalem, quam th. 15. poſuimus. Deinde etiam Cajus decedit ſine herede maſculo, relictâ tamen filiâ Titia *Q. jam, num adhuc Sempronia excluſa maneat per dictam Titiam; an verò ambæ concurrant?* Pro Semproniâ militare videtur (1) quod eodem gradu cum Titia primo acquirenti v. c. Sejo avo

ſuo juncta ſit, ſuccedentem autem non tam in locum ultimi defuncti, quam primi acquirentis ſuccedere jam ſuprà th. 6. oſtendimus per ibi alleg. Reg. (2) quod ratio feminam aliàs excludens hic ceſſet, maſculi enim deficiunt, & ſic jura in favorem eorum introducta etiam evaneſcunt. v. d. th. 15. (3) quod omnia bona in quibus ſucceſſio fieri debet, à communi avo dependeant, & de his tantum ſit quæſtio, non autem de bonis patris noviter quæſitis. Verum contraria ſententia ſc. quod dicta Sempronia adhuc excluſa maneat & ſola Titia patri ſuo tanquam ultimo defuncto maſculo ſuccedat, de jure verior adeoque amplectenda videtur; Licet enim (*a*) ſucceſſor potius in locum primi acquirentis, quam ultimi defuncti ſuccedere videatur: miniſterio tamen hujus feudum ad ſucceſſorem deferri, & ejus reſpectu proximitatem in ſucceſſione feudali attendendam eſſe ſuprà in d. th. demonſtravimus. Hinc cum in propoſito caſu Titia patri ſuo Cajo tanquam ultimo defuncto maſculo in primo gradu & quidem in primo ſuccedentium ordine juncta ſit, merito præfertur Semproniæ quæ ſaltim in tertio gradu ultimo defuncto conjuncta eſt. (2) quia per primam Semproniæ excluſionem feudum ad aliam lineam tranſlatum eſt, penes quam etiam remanere debet, donec aliquis ſ. maſculus ſ. femina ex ea ſuperſit. (3) ſi dictæ conſobrinæ concurrere deberent, fieri id neceſſum eſſet aut proprio, aut repræſentationis jure: Non proprio, quia non ſunt pari gradu ultimo defuncto conjunctæ; Titia enim tanquam gradu proximior excludit Semproniam. Nec etiam repræſentationis jure, quia in ſucceſſione collaterali ea locum non habet, niſi concurrat patruus qui hîc nullus. Unde hypotheſes probè diſcernendæ, nam ſi caſus talis proponitur, ubi filii ante patrem mortui ſunt relictis tantum filiabus, tunc jure repræſentationis filiæ iſtæ concurrunt & avo poſteà mortuo in ſtirpes ſuccedunt: Si vero avus mortuus eſt relictis tribus filiis, ex quibus duo filiabus relictis iterum moriuntur, ita ut tertius ſolùm ſuccedat, poſteà autem & hic ſine liberis moritur, tunc defunctorum fratrum filiæ ſuccedunt in capita. Si denique avo fratribuſque duobus mortuis, tertius ſucceſſit, huic relictâ filiâ defuncto, excluſis cæterorum duorum fratrum filiabus, filia ſola ſuccedit.

XVIII. E contrario autem ſi ſemel, non extante maſculo, ad ſucceſſionem admiſſa fuerit femina, per ſupervenientem poſteà maſculum non removetur: quippe textus feudales feminam extante

maſculo

maſculo à feudo acquirendo quidem repellunt, non autem ab acquiſito removent 1. *F*. 6. §. *quin etiam* 1. *F*. 8. *§*. *filia* 2. *F*. 11. *§*. *ad filias* 2. *F*. 17. *&* 50. & jus ſemel alicui quæſitum ſine facto aut culpa ipſius illi non eſt auferendum *arg*. *l*. 11. *ff*. *d*. *R*. *J*. *l*. 35. *d*. *a*. *r*. *d*. *&* *l*. 7. *C*. *ad SC*. *Trebel*. ſed cenſetur eſſe perpetuum *arg*. *l* 16. *C*. *d*. *probat*. tum denique, quod ceſſante cauſa, effectus conſummatus non ceſſet *p*. *l*. *ult*. *ff*. *ſi tabb* *teſt*. *null*. *ext*. *l*. 8 *ff*. *d*. *his qui ſunt ſui vel*. *al*. *Jur*. *l*. 98. §. *aream*. 8. *ff*. *d*. *ſolut*. Et hanc opinionem communiorem fatetur, & ob id in judicio ſequendam Jac. d. S. Georg. *in* §. *& feminis inf*. (licet in ſecreto Juris, ut ipſe loquitur, contrariam veriorem putet, quam etiam in ſecreto Conſcientiæ ſe tenere ſcribit Laud. *in c*. *qui ſibi* 2. *F*. 17.) v. Hartm. Piſtor. *p*. 2. *q*. 35. *n*. 8 Schrad. *d* *c*. 8. *n*. 82. Fachin. *7*. *contr*. 4. Zaſ. *p*. 8. *n*. 52. Vult. *d*. *c*. 9. *n*. 79. Roſenth. *d*. *concl*. 41. *n*. 26. & Ludvv. *dict*. *tr*. *cap*. 6. *Reg*. 2.

XIX. Procedit autem hæc Regula noſtra adeò, ut ſi femina illa maſculos heredes relinquat, in illos feudum excluſis remotioribus poſt feudi acquiſitionem natis, tranſmittat *arg*. *d*. *c*. *qui ſibi* 2. *F*. 17. Roſenth. *d*. *concl*. 41. *n*. 27. non tamen propterea etiam filiæ matris jure gaudebunt, & maſculum ſupervenientem excludent. Ludvv. *d*. *c*. 6. *R*. 2. *n*. 1. Deinde obtinet Regula noſtra etiamſi femina, quæ in feudum ſucceſſit, inveſtita tempore nativitatis maſculi nondum fuerit, tum quod ſucceſſio æque legitimus feudum acquirendi modus ſit, ac inveſtitura *c*. *Obertus inf*. 2. *F*. 1. *c*. *per ſucceſſionem* 2. *F*. 11. *&* *c*. *ſciendum* 2. *F*. 33. Tum quod inveſtitura, quæ ſucceſſionem ſequitur, renovatio tantum ſit, & recognitio veteris beneficii, per ſucceſſionem jam ante acquiſiti, quæ non tam Jus tribuit quam confirmat prius quæſitum *arg*. *c*. *inveſtitura pr*. 2. *F*. 3. ibique Gloſſ. & Dd. *& arg*. *l*. 1. §. *ſi quis* 13. *ff*. *d*. *operis nov*. *nunciat*. add. omninò Hartm. Piſtor. *d*. *q*. 35. *n*. 10. & Ludvv. *d*. *c*. 6. *R*. 2. *n*. 2.

XX. Uno tamen caſu ſicut annotavit Hartm. Piſt. *d*. *l*. *n*. 11. & Vult. *d*. *c*. 9. *n*. 79. locus eſſe poteſt adverſariorum opinioni videlicet ſi defunctus Vaſallus nullum maſculum, Uxorem tamen prægnantem reliquerit, & illa poſtea filium pepererit; nam etſi interim ſola exiſtens feudi ſucceſſionem affectaſſet; hoc tamen filio in utero adhuc clauſo nullum potuit adferre præjudicium, quoniam qui in utero eſt, pro jam nato habetur, quoties de commodo ipſius agitur. *l*. *qui in utero* 7. *&* *l*. *pen*. *ff*. *d*. *ſtat*. *hom*. tum etiam quia cœptum pro perfecto

fecto haberi dicitur. *l.* 19. *§.* 11. *d. auro & arg. leg. l.* 41. *§. ſed ſi paravit ff. de leg.* 1. ubi Bart. ſcribit pro completo haberi quod cœptum eſt, addatur Roſenth. *d. c.* 41. *in not. in f.* & Boc. *c.* 3. *q.* 8. Addunt nonnulli & hanc exceptionem, ſi frater mortuus credatur ſine liberis, atque ob id ſoror ad ſucceſſionem feudi admittatur, poſtea autem nepos ex defuncto fratre reperiatur. Hoc enim caſu nepos iſte amitam ſuam, licet in poſſeſſione feudi jam conſtitutam, repellit, cum error veritati præjudicare non debeat *l. errore* 7. *C. d. teſtament.* Verum hæc propriè non eſt exceptio à Reg. ſiquidem maſculus delatæ ſucceſſioni non ſupervenit, ſed jam ante in rerum natura extitit, adeoque reverà nunquam feminæ ſucceſſio delata dici poteſt. *arg. §. pen. J. d. V. O.* Ludvv. *d. tr. c.* 6. *Reg.* 2. *in f.*

XXI. Circa hæc autem ſingularia feminarum Jura, quibus à ſucceſſione feudi partim arcentur, partim iterum ad ea revocantur, cum nihil ſpecialiter in foro noſtro mutatum hucuſque ſcire liceat, Juri feudali tamdiu inhærendum erit, donec de ſpeciali & contraria conſuetudine aliquid appareat. Imo Confirmatio potius Juris communis, vel ex unico illo liquere videtur, quod *in concl.* 6. *tit.* 3. *d. dote ex feudis.* conſtitutum, ut filiæ etiam ex feudo novo pecunia Patris acquiſito, perinde ut ex aliis antiquis & avitis ſolummodo dotandæ & elocandæ ſint, nec aliquid amplius inde ſperare, multo minus in eo ſuccedere poſſint. Unde à majori ad minus negativè ita concludimus de cæteris, Tranſimus igitur ad cap. ſeq. ubi ſpecialiora audiemus.

CAPUT II.

De Alimentis & Dote filiabus ex feudo debitis.

I. Ex multiplici illa ſucceſſionis reſtrictione de qua cap. præced. egimus, patet ſatis ambiguum eſſe hoc feminarum ſolamen, cui fortius ſubnectimus, quod in alimentatione & dotatione filiarum conſiſtit, quibus etiam ex feudis proſpectum iis eſt, Hartm. Piſt. *pr. q.* 37. & *q.* 38. *n.* 32. & 41. Gail. 2. *O.* 122. imperfectis namque & feudorum minus capacibus alimenta ex feudis præſtantur 1. *F.* 6. *§.* 2. *juncto* 2. *F.* 36. Beuſt. *ad l. admonendi* 31. *n.* 874. *ff. d. Jurejur.* Cur non ergo filiabus; Carpz. *cent. poſit. jurid. d. jure fem. ſingulari. Dec.* 8. *poſ. ult.*

num. 17.

n.17. Et etiam videmus eo in caſu, ubi feuda ad ſolum primogenitum deferuntur, excluſis cæteris filiis, hiſce etiamſi conſuetudo vel ſtatutum aliter non exprimat, alimenta deberi, ut notat Tiraq. *d. jure primogen. q.4. n.33.* add. Hartm. Piſtor. *d. q.37. n.3.* Alimenta enim jure naturali liberis debentur *l. 1. §. jus naturale ff. d. J. & J. & §. 1. J. d. J. N. G. & C.* & necare videtur, qui alimenta denegat, juxta tritum illud: qui negat, necat, *textus eſt in l. necare ff. d. lib. agnoſ.* jura autem naturalia cum ſint immutabilia *l. jura ſanguinis ff. d. R. J. & §. pen. J. d. 1.* conſuetudine vel ſtatuto tolli nequeunt, ſed ſi forſan ſtatutum ſimpliciter ea aufferret, nec in alio, quod vicem ejus habeat, compenſationem faceret, tunc intrepidè tenendum, tale ſtatutum, tanquam contra rationem & omnem legem, tam naturalem quam Divinam Canonicam & Civilem, omnino non valere Gail. *d. O. 122. n. 13.*

II. Eodem ergo modo filiæ etſi in feudo non ſuccedant, ex feudo tamen dotandæ ſunt, per rationem jam allatam, quod etiam illis perſonis, quæ propterea, quia minus ſunt perfectæ, non ſuccedunt, nihilominus tamen alimenta ex feudo debeantur, dos autem alimentorum inſtar eſſe ſoleat, & ſic hoc caſu noſtro etiam eorum loco ſuccedere intelligatur *arg. l. ult. ff. d. alim. vel cib. legat.* Gail. *dict. loc.* Alex. *conſ. 208. lib. 2. & conſ. 48. lib. 3.* idque licet jure feudali expreſsè cautum non reperiatur, æquitatis tamen ratione introductum & longiſſimo uſu comprobatum eſſe, docet Hartm. *d. q. 37. n. 2.* Neque tantum à Patre filiæ dos congrua conſtituenda, ſed etiam à fratre ſorori & à quovis agnato ad quem feudum devolvitur, quin etiam à Domino ipſo, feudo ſibi aperto Piſt. *c. l. n. 1.* & Vult. *1. F. 10. n. 61.* Secundum hæc igitur rectè dos pro onere feudi reputabitur. Hartm. Piſtor. *d. q. 37. n. 5.* Berlich. *concl. 31. p. 2. n. 11.* ſicuti & inter ordinaria feudi onera connumeratur & recenſetur *in conſtit. Provinc. Saxon. 46 p. 2.* vid. Rauchb. *p. 1. q. 38. n. 1.* atque ita argumentari ipſiſſima jubet æquitas docente Carpz. *d. tr. Dec. 5. poſ. 1. n. 19. ſeqq. & Dec. 8. poſ. ult. n. 19. ſeq.* ut hinc ex conſuetudine vel lege ſcripta non multum præſidii petere neceſſum habeamus, licet utraque filiabus ſuccurrat. Illam ſi velis, ad teſtimonium provocamus Hieron. Schurff. qui *in conſ. 24. vol. 1.* de generali Germaniæ conſuetudine id teſtatur & noviſſimè Borch. *tr. feud. c. 7. n. 74.* add. Hartm. Piſtor. *d. q. 37.* Köppen. *deciſ. 54. n. 87.* de ſpeciali vero Pomeraniæ conſuetudine præterquam quod quotidiana praxis id doceat, conſtat *ex concluſ.*

noſtr. Pomeran. tit. 3. d. dote ex feudis. & tit. 21. d. alim. per tot. de conſuetud. March. quoad alimenta v. Scheplitz. *t.* 6. §. 10. *n.* 18. & quoad dotem §. 15. *n.* 10. hanc vero ſuppeditat *ordin. proceſſ. jud. Elect. Sax. tit.* 45. §. Es trägt ſich auch ꝛc.

III. Ante omnia hic autem notare lubet, favorem dotis non ſolum feminis nupturientibus gratum, ſed etiam earum maritis propter uſumfructum, quem ex ea ſperant, valdè acceptum. Cum è contrario mulier nupta, ſi competentem dotem non adferat, à viro contemnetur text. *in auth. de nupt. §. ſi quis enim dixerit* Dd. *in l. ſi ita ſtipulatus fuero §. ſi tibi nupſero ff. d. V. O.* Gail. *lib.* 2. *O.* 95. *n.* 13. Spes vero illa non rarò fallit maritos & quod commodo ipſis eſſe debebat in jacturam & detrimentum degenerat, ſi, quod lepidè admodum Megadorus in Aulular. de dotium incommoditatibus ſcripſit, rubro notare lapillo allubeſcat; *hæ ſunt*, inquit, *atque aliæ multæ in magnis dotibus incommoditates, ſumtusque intolerabiles, nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri; dotatæ mactant & malo & damno viros; malo, quia viris imperare volunt, damno, quia ſunt ſumtuoſæ.* Lambin. *in explic. d. l. p.* 145. Nunquam non autem feminæ de iis gloriantur, quin & ſæpe ſuperbiunt, nec fruſtrà, ſi vel dotium conſtitutionem & conſervationem vel repetitionem exactiori ſtudio perluſtremus. Ubique enim uberrimus eſt dotis favor ubique Jus ſingulare abundans, ita ut pleniſſime hinc damnum, quod per excluſionem à ſucceſſione feudali iis infertur, dixeris compenſatum, & verè ſic dixeris. Sed nec temperamentum Juris hujus ſilentio ſupprimendum, quod duplex eſt, ſi non quidquam gravaminis diſſimulare velimus. Primo enim non patiantur, ſibi filiæ perſuaderi alimentationem & elocationem ex feudo, ſi de hac ex bonis allodialibus defuncti Parentis ipſis conſultum fuerit; in ſubſidium namq; Succeſſores feudi onere hoc ſaltim gravantur. Hartm. Piſtor. *d. q.* 37. Köppen. *deciſ.* 39. *n.* 38. Vult. *c.* 10. *n.* 61. & Reuſner. 1. *deciſ.* 5. *n.* 14. *& ſeq.* eas vero hic intelligimus, quibus abundè de alimentis pariter & elocatione ex bonis Patris defuncti hereditariis proſpectum eſt. Hinc, ſi ſaltim modicum acceperint, quod nec ad ſuſtentationem multò minus elocationem ſui ſatis eſt, quis ſupplementum ex feudo ipſis invideret vellet? Ex quo ulterius inferendum audiendas fore filias dotem ex feudo petentes, ſi hereditas paterna in nominibus haut facile exigibilibus conſiſtat, ne multum ſpei ſit filiabus, rei nihil;

Schneid.

Schneid. *ad §. fuerat n. 97. J. de act.* Thoming. *vol 1. conſ. 15. num.* 38. quid verò rei & ſecuritatis obtinebunt filiæ ad ſui elocationem, ſi nomina ambigua vel difficilioris exactionis, & quid alimentorum inde eſt ſperandum? Veremur, inquit Carpz. *c. l. n.* 32. ne fame filias perire oporteat, ſi nomine haut exigibili contentæ eſſe deberent: ea ſiquidem eſt natura alimentorum, ut ſingulo menſe præſtentur *l. ult. ff. d. liber agn. l.* 8. *ff. d. alimentis. legat.* vel ſi brevi corrumpantur, quotieſcunque ſubeſt neceſſitas *l.* 12. *§.* 5 *ff. qu. dies legat. ced.* Br. *in l. ult. ff. d. lib. agnoſ.* Hoc autem caſu æquitas vice verſâ permutationem urget adverſus Succeſſores feudi, ut ceſſis ſibi à filiabus nominibus non facile exigibilibus onus dotandi & alimentandi ex feudo in ſe recipiant, prout reſpondere haut dubitarunt Scabini Lipſienſes referente Carpz. *d. l. n.*34. & hæc ita comuniter.

IV. Apud Nos verò ex ſpeciali obſervantia favorabiliores ſumus filiabus, dum rejecto iſto temperamento indiſtinctè iis alimenta adjudicamus, ſ. ipſis jam tum abundè & congruè ex bonis Patris hereditariis proſpectum ſit, ſ. non, licet tantum eo caſu non detur, quantum dandum, ſi nihil ex hereditate acceperint. Quantitas autem hujus Judicis arbitrio eſt relinquenda *concl.* 3. *Tit.* 21. *de alim.* de conſueutd. March. v. Schepl. *tit.* 6. *§.* 11 *n* 2. add. Modeſt. Piſtor. *q.* 121. *n* 87 & hoc etiam procedit, quando filiæ ſimul cum matre in dotalitio ipſi conſtituto commorantur, nam & tunc alimenta ex feudis iis debentur. *concl.* 4. *ibid.* & ita putant Serenissimi Conſiliarii, & Deputati conſentiunt, ſecundum quod etiam judicatum eſt in cauſa Michel Kleiſten contra ſorores. Singulare tamen quid eſt in vidua, quæ propter paupertatem marito ſuo defuncto nihil in dotem attulit, nec etiam aliquid ex mariti hereditate ob nimium æs alienum lucrari (*v. infra cap.* 5. *de lucris nupt.*) potuit: Huic enim in ſubſidium demum, ſi aliunde non habeat unde vivat, alimenta ex feudo ſunt præſtanda, idque ex commiſeratione, propter obſequia conjugalia & operas in domo mariti præſtitas, & ne in opprobrium mariti turpiter egere cogatur, *concl.* 16. *t.* 7. *add. Nov.* 53. 74. *&* 117. *item Auth. propterea C. unde vir & ux.* deinde ſingularitatis quid invenitur in caſu quo viduæ dos cum augmento reſtituta, tum enim planè alimenta non debentur *concl. ult. d. t.* & ita deciſum in cauſa Gehrt Witten contra Jochim Witten. Nec valet pactum quo idem convenit, niſi Serenissimus & agnati conſentiant

tiant

tiant *concl.* 12. *t.* 4. Ita pronunciatum in cauſa Aſmuß Wopers nowen Lehnsfolger contr. deſſen Mutter vnd Schweſtern & in cauſa Ludwig Hindenburgs Witben contra Balthaſar Hindenburg *anno* 1656. *d.* 22. *Jan.* Tertiò ſupradicta noſtra aſſertio reſtrictionem patitur in virgine publicè ſtuprata quæ in ſubſidium ſaltim ſi aliunde non habeat, unde vivat, & quidem dimidiam tantum partem ejus, quod promiſſum vel ordinatum eſt, retinet *concl.* 2. *d. t.* 21. *v.* Roſenth. *c.* 7. *concl.* 47. contrarium tamen obſervatur in Marchia teſtante Diſtelm. *p.* 3. *tit.* 3. *in conſuet. March.* Dicitur autem tum quis habere aliunde alimenta cum propria bona & reditus habet: Non autem cum propria induſtriâ illa neceſſariò quærit, ita Bald. *conſ* 30. *lib.* 2. quē ſecutus eſt Cravet. *conſ.* 199. *n.* 6. *verſ.* 4. *adduco* & præter eum ita in ſpecie reſpondit Socin. ſen. *conſ.* 64. *in f. lib.* 4. nec probabilis eſt excuſatio parentum & affinium, ſicut habet Menoch. *conſ.* 8. *n.* 21. *& ſeq.* dum aſſerunt feminam eſſe aliunde alimentatam, ſiquidem hac viâ dolo & fraudibus fieret locus ad maximum feminarum incommodum, poſſent enim illæ compelli aliis deſervire, atque ita alimenta recipere quod valdè iniquum eſſe nemo non videt.

V. Idem quod jam de alimentis diximus, obtinet quoque in dote *per concl.* 4. *t.* 3. *d. dot. ex feud.* & tam in antiquo quam in novo, *concl.* 5. *ibid.* Nihilominus enim aliquid dandum eſſe, omnes putant & Provinciales etiam conſentiunt, cujus quantitas iterum Judicis arbitrio relinquenda erit, v. Dupl. Illustriss. Barnimi *fol.* 38. *lit.* B. ubi nihilominus aliquid dandum eſſe dicitur. Reuſner. 1. *deciſ.* 5. & Privil. Nobil. §. Da ſichs auch zutrüge / ubi non diſtinguitur. Et ita in cauſa Adam vnd Bernd v. Wedel / Chure Flemings Töchter-Männer contr- Hauß Adam vnd Ewald Jochim gebrüdere die Flemming. Roſtoch. 21. Jan. anno 1624. judicatum fuit, non obſtante, quod dotem vivo patre acceperint add. d. conſuet March. Schepl. *tit.* 6. *& tit.* 11.

VI. Secundum, quo Jus hoc filiarum diximus temperatum, concernit legitimam, quam ſi filiæ petant ex feudo, (quod certis caſibus & conditionibus ipſis facere licitum paulò poſt demonſtraturi ſumus,) elocatio ſive dotatio pariter ac alimentatio ceſſabit, nec onere hoc Succeſſores feudi ulterius erunt gravandi. Fachin. 7. *contr.* 47. Nam & petitio legitimæ ex feudo Jus feminis tribuit ſingulare perinde ac ipſa elocatio, Concurrentiam igitur duorum

ſingularium

ſingularium vel concedamus vel alterutrum horū à filiabus eligendum dicamus neceſſe eſt. Tutius autem cum Carpz. *d. poſ. ult. n.* 38. ſubſiſtimus in poſteriori, ne in vulgatum illud impingamus; deteſtari jura duo ſingularia in uno ſubjecto concurrentia. *l.* 1. *C. d. dot. promiſ. l.* 19. *ff. ex quib. c. maj.* Caroc. *d. locat. Tit. d. SS. Eccleſ. n.* 3. add. prælaud. Dn. Carpz. *Juriſpr. for. ad conſt. Elect.* 9. *def. ult. p.* 3. ubi id manifeſtum etiam eſſe dicit ex *Conſtit. Elect. Sax. Rubr.* Ob Töchter auß new erkaufften Lehen Gütern legitimam zu fordern haben §. vnd in denen fällen &c §. ult. auch in denen fällen in quam rem etiam multa præjudicia allegat *in fin. ejusdem def.*

VII. Diximus th. præced. petitionem dotis & alimentorum ceſſare, quoties filiæ legitimam petunt. Ergò hic meritò jam diſquiritur, *an etiam unquam legitima filiabus ex feudo deberi poſſit?* quod regulariter negatur. Eſt enim certa & immota Juris Reg. illos qui ab inteſtato non ſuccedunt, legitimam petere nullo modo poſſe *l.* 6. §. 1. *ff. d. inoff. teſt. l. maximum vitium verſ. cum enim C. d. liber. præter.* quoniam legitima ejus dicitur portio, in quo quis eſt ſucceſſurus ab inteſtato *l.* 8. §. 8. *ff. d. inoff. teſt. l.* 8. *C. eod.* Certo autem certius eſt, filias à ſucceſſione feudi eſſe excluſas, conſectarium igitur eſt, illas ex feudo legitimam nullo Jure petere poſſe v. Petr. Heig. *p.* 1. *q.* 25. Hartm. Piſtor. *p.* 2. *q.* 38. *n.* 15. *ſeqq.* Carpz. *Juriſpr. for. ad d. conſtit. Elect.* 9. *def.* 28. *n.* 1. *& aliquot. ſeqq.* Menoch. *conſ.* 8. *n.* 3. *&* Vult. 1. *F.* 10. *n.* 105.

VIII. At nec ex feudo novo pecunia patris emto, filias, etſi alia hereditaria bona haut ſuperſint, legitimam petere poſſe, ſed iis ſaltim alimenta & dotem congruam, ſecundum morem regionis & cognitionem ac moderationem Domini feudi aſſignari tradunt cōmuniter Dd. ut videre licet ap. Hartm. Piſtor. *d. q.* 38. *n.* 45. *ſeqq. &* Fachin. 7. *contr.* 47. à quibus tamen divortium fecit. Piſtor. *d. q.* 38. *n.* 63. exiſtimans filias ex feudo pecunia paterna comparato legitimam jure petere poſſe, non quidem ex ipſa ſubſtantia feudi neque etiam ſecundum veram ejus æſtimationem, ſed duntaxat habita ratione pecuniæ in emtionem feudi collocatæ, quæ prima fuit cauſa acquirendi *arg. l.* 33. *ff. d. donat. l.* 3. *Cod. ad SCt. Maced.* ne aliàs Patri filias legitima per obliquum fraudare ſit permiſſum. Eſt namque Juris explorati, facultatem diſponendi de bonis ſuis, parentibus his cancellis eſſe circundatam, ut liberis ſuis

legitimam relinquere omnino neceſſe habeant *l. 7. ff. d. bon. damnat. Nov.* 115. *c.* 3. quod ſi intermiſerint, liberis indultum eſt, ut hanc inofficioſam Parentum diſpoſitionem ſeu donationem intra modum revocare, & debitam portionem inde conſequi poſſint *l.* 1. & 2. *C. d. inoff. donat.* Quare & filiabus hoc in caſu idem juris competere, rectiſſime infert. Hartm. Piſtor. *d. l.* ubi multis rationibus & argumentis hanc ſententiam eleganter defendit. Et conſentit etiam Carpz. *Jurispr. for. d. def.* 28. *ubi n. ult.* præjudicium allegat. & *def. ſeq.* 29. minus dubium id habere teſtatur in Electoratu Saxon. cum expreſſe ſancitum ſit à Divo Auguſto Electore, ut filiæ de pretio in feudi novi emtionem collocato, ratam legitimæ portionem petere poſſint *in d. conſt. Rubr.* Ob Töchter auß new erkaufften Lehn Gütern / legitimam zu ferdern haben / Exceptiones tamen quaſdam adfert *ſeq. def.* 30. *c. l.* Cæterum addatur de hac quæſt. Fach. 7. *contr.* 47. Berlich. 3. *concl.* 11. *n.* 35. Köppen. *deciſ.* 39. *n.* 38. Vult. *d. c.* 10. *n.* 105. & Niel. *D. F.* 5. *th.* 8. Quantum ad forum noſtrum, prior negantium ſententia comprobata videtur *in concl.* 6. *d. t.* 3. *d. dote ex feudis*. ubi conſtitutum, quod perinde ut ex aliis feudis filiæ ex feudo hoc novo emto dotandæ & elocandæ ſint, & quidem cum hac reſtrictione, niſi jam ante emtionem talis feudi elocatæ fuerint, tunc enim nihil recipiunt v. de hac quæſt. Landtags Abſcheidt zu Wolgaſt *de anno* 1606. add. de conſuet. March. Schepl. 3. *q.* 2. §. 24. *n.* 9.

IX. In feudo hereditario rem majorem habere difficultatem putat Hartm. Piſtor. *d. q.* 38. *n.* 26. *pr.* Verum totum hoc ex eo pendere, quomodo accipiatur feudum hereditarium, ſtatuimus cum Fachin. 7. *contr.* 46. & ſi modo in terminorum horum explicatione benè convenerimus, res multò ad huc expeditior erit. Reperimus autem Franciſc. Burſatum *in conſ* 132. *n.* 30. & 31. *vol.* 2. multis argumentis in medium adductis (quorum potiora v. apud Hartm. Piſt. *c. l.*) reſpondiſſe, filiabus ex feudo hereditario, ſaltim in æſtimatione legitimam perſolvendam eſſe. Et ſi feudum hereditarium eo ſenſu accipiamus, quo ſuprà definivimus, ſine hæſitatione aliqua rectè Burſatum conſuluiſſe exiſtimamus cum Fachin. *d. l.* 7. *contr.* 46. quia ſicut demonſtravimus, tale feudum hereditatis pars eſſe dicitur, & per omnia Jure hereditatis cenſetur, adeò, ut etiam ad extraneos & feminas tranſeat, & liberè alienari de eoque diſponi poſſit. Et ſic rectè legitima petitur, quippe, quæ eſt

portio

portio hereditatis & ex hereditate debetur. Fachin. 4. *contr.* 23. *add. th.* 7. *hic.* Cæterum ſi feudum hereditarium accipiatur pro eo, quod aliquis ſibi & heredibus ſuis acquiſivit, quorum appellatione veniunt maſculi, & feminæ excluduntur, id, quod maximè urget Hartm. Piſtor. non videmus, cur feminæ ex tali feudo poſſint legitimam detrahere, quia conſtat eas non ſuccedere & ſic non contradiximus exactiſſimi judicii Viro Hartm. Piſt. Verum hoc propriè & reverà non eſſe feudum hereditarium ex iis patet, quæ ſuprà diſputavimus p. I. c. I.

X. Tertium caſum addit Hartm. Piſt. *d. q.* 38. *n.* 44. videlicet quando feudum ita conceſſum, ut feminę pariter vel ſimul cum maſculis ſuccedant (de qua formula ſuprà c. I. egimus) tunc enim dicit haut invitum ſe in Burſati opinionem tranſire, ut filiabus ex tali feudo legitima debeatur, cum omnis ratio aliàs illam prohibens hic ceſſet, & omnia illa, quæ de filiis paſſim tradita ſunt ab Interpretibus, quod legitimam petere poſſint. Fachin. *d. l.* 4. *contr.* 23. etiam ad filias rectè accommodari poſſint. Et hoc in ſpecie docuit Alex. Rubeus *in conſ.* 34. confirmaturque optimè ex iis, quæ tradunt Dd. *in l.* 1. *C. unde vir & ux.* & Roland. à Vall. *in tr. d. lucr. dot. qu.* 54. & Menoch. *in conſ.* 8. & in hac facti ſpecie conſuluit etiam Burſatus *in d. conſ.*

XI. Præmiſſis his jam neceſſariò inquirendum erit, quid & quantum alimentorum aut dotis nomine veniat. Dicuntur autem alimenta omnia ea, quæ ad vitam ſunt neceſſaria, utpote cibaria veſtitus & habitatio, quia ſine his ali corpus non poteſt, *l.* 6. *& l. ult. ff. d. alim. & cib. leg.* Et ſanè plenior eſt alimentorum quam cibariorum appellatio, his enim ſolus cibus ſignificatur *l.* 21. *ff. d. t.* Quæ autem alimentorum congrua ſit quantitas ſub aliqua certa Regula aut definitione rotunda (*prout in ſimili loquitur Obertus* 2. *F.* 23.) comprehendi non poteſt, igitur hoc omne arbitrio Judicis & Domini eſt relinquendum, qui ea ſecundum quantitatem & vires bonorum allodialium pro numero item perſonarum & pro ætatis incremento æſtimabunt *l. cum unus* 10. *§. fin. ff. d. t.* Coler. *d. aliment. l.* 2. *c.* 1. Pruckm. *conſ.* 35. *q.* 3. *l.* 1. Mod. Piſt. *q.* 121. *n.* 87. Coler. *d. proceß. execut. p.* 1. *c.* 2. *n.* 194. *& ſeq.* potiſſimum autem conſuetudo loci hac in re attendenda erit, quemadmodum etiam idem, quod ab initio diximus, apud nos inviridi eſt obſervantia *v. conſl.* 1. *tit.* 21. *d. alim.*

Ita deciſum in cauſa Michel Kleiſtes contr. Sorores, daß den Töchtern biß auff 7. Jahr 15. fl. von 7den aber biß auff 12. Jahr ihres Alters 20. fl. vnd hernach 30. fl. pro alimentis ſollen gegeben werden. Et in cauſa Gerdt Zaſtrowen Lehnsfolger contra ejus viduam & filias deciſum, daß filiabus biß auff 17. Jahr ihres Alters 15. fl. hernach aber 20. fl. ſollen gegeben werden. add. Landt Act. *d. anno* 1601. quod poſt 12. ætatis annum auctiora ſint danda alimenta. De conſuetud. March. in hoc puncto v. Schepl. *tit.* 6. §. 10. *n.* 18. quod in alimẽtis conſtituendis facultates alimenta debentis & qualitas perſonæ accipientis conſideranda ſit.

XII. Præterea etiã filiabus ornamenta ſeu mundus muliebris de quo *tit.* 19. *cum ſeq.* perinde ac alimentatio debetur & quidem ita, ut ſi nihil aliud convenerit, ejus dimidia detur poſt annum 12. altera verò ante nuptias. Et ſecundũ hoc pronunciatum in d. cauſa Gerdt Zaſtrowen Lehnsfolger contra ejus viduam & filias, item in cauſa Martin Volckmans nomine tutorio der Geſchwiſter v. Dewitzen contr. Berndt vnd Jürgen Heinrich v. Dewitzen in puncto alimentorum 10. *Septemb. anno* 1659. quæ ſententia poſtea *anno* 1660. 20. *Jan.* adhuc confirmata eſt add. Landt Act. *d. anno* 1601. ibi: das vmb die zeit (ſc. poſt 12. annum ſicut ex præcedentibus colligitur) das Gold zu geben/ſo einer Jungfr. an den Halß gebühret. Ex his ornamentis autem ſi uxores factæ, & maritus quidquam vendidit, & in utilitatem ſuam vel feudi vertit, tunc in ſubſidium feuda quoque obſtricta erunt, ſi in pecunia numerata aut hereditate tantum non adſit, ut viduæ ſatisfieri poſſit. Aliàs v. ſimpliciter ſunt reſtituenda & quidem in eo ſtatu, in quo inveniuntur, *tit.* 20. *concl.* 1. an autem hîc prædictam verſionem mulier juramento ſuo ſufficienter probare poſſit, infra videbimus. add. *concl. ult. d. t.* 20.

XIII. Quod ad dotem attinet itidem ejus determinationem judicis & Domini feudi arbitrio relinquendam eſſe dicit. Vaſquius *contr. Illuſtr. l.* 1. *c.* 1. *n.* 14. Carpz. *d. tr. Dec.* 5. *poſ.* 1. *n.* 31. quoniam nec hîc certa Regula tradi poteſt Menoch. *d. arbitr. Jud. quæſt. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 5. Domini autem plurimum intereſt, ne feuda dotibus vel alia ratione nimium onerentur. Hartm. Piſtor. *p.* 2. *q.* 37. *n.* 19. Rauchb. *p.* 1. *q.* 38. *n.* 1. Cavendum igitur ne magnitudine dotium familiæ exhauriantur, & prædia gentilitia diſtrahantur. Bodin. *d. Repub. p.* 835. ac, ut inquit Carpz. *jam cit. l. n.* 28. *ſeqq.* ne moleſti nimium

mium ſimus Parentibus, jus hoc ita reſtringendum eſt, ut & modica dos ſufficiat, congrua tamen & honeſta, pro quantitate patrimonii & conditione perſonarum. Nam & dos exigua dos eſt, teſte Baldo, qui mulierem unico etiam nummo dotatam aſſerit. Sed ne quid nimis! Heinr. Breulæ *d. renunciat. recepto more, quem Germaniæ Principum &c. filiæ, ſi quando nuptui collocantur, obſervare ſolent. cauſ. 2. cap. 9. num. 5.*

XIV. Cæterum licet de ipſa quantitate dotis nihil certi definitum habeamus, generales tamen illas Regulas, quas in æſtimatione dotis obſervandas eſſe docet Matth. d. Afflict. *in conſt. Neapol. lib. 3. rubr. 23. n. 53.* etiam à nobis tenendas vult Hartm. Piſtor. *d. q. 37. n. 10.* 1. enim ait conſiderandas eſſe facultates dotantis, *ut in l. cum poſt §. gener. ibi: dotis etiam quantitas pro modo facultatum & in l. quæro. ibi: ex facultatibus ff. d. Jure dot. l. ſi filiæ. ibi: non eſt difficile ex dignitate & facultatibus de leg. 3.* 2. dignitatem Parentis. *d. l. ſi filiæ.* 3. qualitatem ipſius mulieris, quæ dotari debet, *d. l. quæro ibi: dignitatem mulieris, & l. ſi curatoris, ibi: quod moderatum eſt, honeſtæ perſonæ præſtare cogatur C. d. adminiſtr. tut. l. tam dementis C. d. Epiſcop. aud.* 4. qualitatem mariti *d. l. quæro, ibi: ex dignitate mariti.* 5. numerum liberorum *d. l. ſi filia.* 6. & potiſſimum attendendam eſſe monet conſuetudinem patriæ, *ut in l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua ff. d. ædil. edict.* id, quod tenuit etiam Ruinus. Socin. Jun. & Paris *c. l.* ab Hartm. Piſtor. *dict. q. 37. n. 18.* Conſuetudo enim eſt optima legum Interpres *l. minime & l. ſi de interpretatione ff. d. LL.*

XV. Ex quo ultimo ſequitur illud ſupremæ Curiæ pronunciatum, de quo in terris Saxon. teſtatur Carpz. *d. Dec. 5. poſ. 1. n. 34.* Quod de feudo tria millia florenorum valente, ſororibus ad minimum conſtitui debeat dos 400. florenorum, cujus meminit etiam Matth. Coler. *p. 1. deciſ. 213. n. 3.* Ex eadem locali obſervantia & conſuetudine venit quod etiam exigua dos filiabus ex feudo conſtitui poſſit, adeò, ut licet quis feudum poſſideat magni pretii, mille tamen florenos rariſſimè dos excedat, imò ſæpius minus filiæ in dotem dari ſoleat, Petr. Heig *p. 1. q. 25. n. 67.* & Hartman. Piſtor. *d. q. 37. n. 18.* ubi hoc ita longiſſimo uſu in Patria ſua inoleviſſe teſtatur. Neque enim *pergit idem*, probabili ratione caret conſuetudo illa; cum hoc pacto, non ſolum familiæ conſerventur, ſed & maximè liberis conſulatur, qui alioqui ſi amplæ dotes conſtituerenG 3 tueren-

   tueren-

ſtituerentur, propter dotalitium, quod viciſſim dos exigit, tanto prægavarentur onere, ut defunctis patribus feuda paterna rarò conſervare poſſent, id quod & proverbio cauſam dedit, ut dici ſoleat, mulieres divites paupertatem liberis afferre. Reiche Weiber/ arme Kinder.

XVI. Præprimis autem jam inquirendum erit, quomodo & quanta in patria noſtra dotis quantitas filiabus ex feudo conſtituatur. Ubi primo occurrit notanda conſtit. Julinenſ. vigore cujus familiæ de certa dote in unaquaque familia conſtituenda, inter ſe convenire debent, & ſi nulli adſunt filii, tunc ad modum legitimæ dos etiam conſtitui poteſt; quando autem nulla certa pacta adſunt, vel ea etiam juſtam & moderatam dotis quantitatem excedunt, tunc iterum ejus determinatio arbitrio Dni & Judicis relinquenda, qui eam æſtimabunt (1) pro viribus bonorum ſeu facultatum, (2) pro numero perſonarum tam maſculorum quam feminarum, ſi enim circa dotis conſtitutionem numerus filiarum attendendus eſt, certè & multò magis numerus filiorum conſiderandus erit, putà, ut extantibus pluribus filiis, minor dos filiabus detur, feuda enim potiſſimum reſpectu maſculorum data ſunt (3) pro dignitate & conditione mariti *concl. 1. tit. 3. d. dote ex feudis.* (4) denique Parentum dignitatem & æs alienum attendenda eſſe volunt *acta d. anno* 1601. Hinc etiam eſt, quod ante conſtitutionem & moderationem dotis æs alienum deducendum ſit, *concl. 2. d. tit. 3.* Et ita deciſum in cauſa Gerdt Witten contr. Joachim Witten Witben/ item Carſten Köllers Witben contra filios & in cauſa Caſpar vñ Jacob der Borcken contra Hanß Jannefitzen item Friderich Kleiſtes Lehnsfolger contra ejuſdem viduam & ſororem.

XVII. Putant hic SERENISSIMI Conſiliarii, quod quamvis hæc quantitas à Judice & Domino feudi arbitranda, tamen certam aliquam regulam præſcribi neceſſe ſit, ad quam arbitrium illud Judicis vel Domini reſtringatur, Und könte dieſes eine gewiſſe Regul ſeyn daß filiabus, ihrer weren viel oder wenig über den vierdten oder dritten Theil deß Werths der Lehn in dotem nichts zugebilliget würde; Et ut ultrà tertiam partem feuda hoc onere non graventur, ſpecialiter voluit ILLUSTRISSIMUS *in reſolutione anno* 1601. v. Landtags Abſcheidt zu Wolgaſt 1606. add. etiam *replic. Stat. fol. 26. lit.* C. ibi: Wann Dux & agnati außſteuren/ daß filiæ virgines

tertiam

tertiam partem pretii, wann extraneus, ſemiſſem haben ſollen. Attendendum id etiam monent, quando unica ſaltim filia adeſt, ne ipſi ſoli detur quadrans, quoniam hoc caſu ſi 3. vel 4. eſſent filii tunc illi deterioris eſſent conditionis quam filia. Et propterea eſſe conſtituendum, quando Vaſallus nullos relinquit filios, ut eo caſu filiabus quadrans vel triens adjudicetur, alias verò non. add. circa hanc dotis quantitatem conſtituendam, Schepl. de conſuet. March. *tit.* 6. §. 15. *n.* 10. Diximus autem *dotem congruam & moderatam ex feudis eſſe conſtituendam.* Hinc ſi forſan ea immoderata & juſtam ſuam quantitatem nimis excedens promiſſa ſit, fidejuſſores autem certi & locupletes acceſſerint, tunc, quando agnati dotem illam tanquam inofficioſam dare recuſant, firma nihilominus manet fidejuſſorum obligatio, qui etiam id, quod ultra legitimam quantitatem promiſſum eſt, filiabus ſolvere tenentur, idque ſive beneficiis, fidejuſſoribus aliàs competentibus, renunciaverint ſ. non *per concl.* 3. *d. t.* 3. Et hoc affirmant omnes Conſiliarii & Deputati etiam conſentiunt. (1) quia fidejuſſores accipi ſolent, dum homines curant, ut diligentius ſibi cautum ſit de re promiſſa *pr. J. d. fidejuſſ.* ſi itaque hoc caſu fidejuſſores non tenerentur, certè nemo finem deſtinatum aſſequeretur. (2) ſibi imputent fidejuſſores. quòd conditionem ejus, pro quo intervenerunt non melius exploraverint, quod autem agnati dotem, ſi immodera eſt, tanquam inofficioſam denegare filiabus poſſint, expreſsè conſtitutum *in concl.* 3. *tit.* 4. *d. pact. dotal. &c.* Imò aliquoties ita pronunciatum eſt, etiam eo caſu, quo dos immoderata à Patre conſtituta & à filio dari debuiſſet: *ſic in caſu* Aſmuß Pirchers Witben Vormundt *contra* Andres Borcken Erben zu Brallenthin *& in cauſa* Ramel *contra* Kranckſparen Witben/ *item in cauſa* Mi'nitz *contr.* Maſſowen.

XVIII. Quod autem ſupra de dotis quantitate, quæ ordinariè ex feudis filiabus debetur, diximus, non levem reſtrictionem patitur (1) in eà, quæ viro ignobili aut qui inferioris, quam ipſa eſt, ſortis, nupſit; hæc enim quartam tantum partem ejus, quod ordinariè habuiſſet, conſequitur, *v. concl.* 7. *d. t.* 3. voluit quidem Illustrissimus Barnimus *in reſolut. fol.* 11. *lit. A.* quintam partem ſufficere dotis, quam habuiſſet, ſi pari nupſiſſet. Ordines *v. in replic. fol.* 27. *lit. A.* quartam partem illi aſſignant. *Et ita judicatum in cauſa* Jürgen Panſowen nomine ſeiner Haußfrawen / Hera von Pagelsdorff *contr.* Clauß & Conſortes. Die Pagelßdörffer *item in cauſa* Zacharias

Marias Bruchhuſen/Barbirers zu Greiffenberg *contr.* Hanß von Damitzen & Conſortes *in puncto dotis & materna hereditatis.* v. Landstags Acta *d. anno* 1601. ubi Status ita cenſent, ut hic concluditur. ILLUSTRISSIMUS tamen hoc ita limitat, ut non adeo ſtricte ſit obſervandum, ſi cum honeſtioribus, ut ut non ſuæ conditionis viris matrimonium contrahant. (2) patitur notabilem limitationem in virgine ſtuprata, cui planè nulla dos debetur, dimidiam tamen alimentorum partem in ſubſidium ipſi dandam eſſe *ſuprà* probavimus *th.* 4. *in f.* ſed in bonis ſaltim maternis pro rata Jus ſuum retinet *v. concl.* 8. *d. tit.* 3. add. etiam Coler. *deciſ.* 260. quod & procedit, quando certa pacta ante ſtuprationem de dote ipſi conſtituenda inita fuerint: hæc enim quoad dotem, quæ nec eo caſu debetur in totum annullantur, & ad bona materna reſtringuntur. *concl.* 9. *d. t.* 3.

XIX. Eleganter hîc jam Qu. *Utrum filiæ, quæ antequam Parens ad paupertatem & inopiam redactus ſit, bene & congruè dotatæ ab ipſo fuerunt, cum reliquis, quæ jam ob illam Patris inopiam vel parum vel planè nihil accipere poſſunt, conferre & dividere cogantur?* Et quamvis bona fide ſolutum non repetatur *t. t. ff. & C. de his quæ in fraud. cred.* attamen deſcendentes heredes omnes bona profectitia conferunt. Weſemb. *ff. d. collat. bonorum. n.* 4. 5. *& ſeqq. add. d. t. ff. d. collat. dot.* Dicis: *hoc ſaltim locum habere in allodialibus.* Reſp. ob ſimilitudinem, rationiſque paritatem idem obtinere in dote ex feudo, v. *different. Saxon. lib.* 1. *n.* 20. Diſting. tamen hic eſt ex *concl.* 10. *d. t.* 3. an tempore dotis conſtitutæ bona Patris ſufficiant, ut omnibus filiabus talem dotem dare poſſit, tunc enim ſi forte per infortunium, vel aliud aliquod accidens, puta fidejuſſionem, malam adminiſtrationem vel dilapidationem Pater ad incitas redactus fuerit, filiæ jam tum elocatæ nihil conferre aut reſtituere reliquis tenentur, ſed habeat ſibi ſponſus, quod non cum alia contraxerit, vel conditionem Patris melius non exploraverit. Si verò per nimiam iſtam elocationem prioribus filiabus factam, Pater æs alienum contraxit, ita, ut poſteriores filiæ jam parum ſaltim vel etiam nihil pro dote cōſequi poſſint, eo caſu collatio ab ipſis facienda & reliquis filiabus dos pro ratâ reſtituenda *d. concl.* 10.

XX. Addimus porro ſolamini Patris & hoc quod dotis conſtitutio cum obitu filiæ expiret, ita ut ſi vivente eâ genero dos conſtituta vel ſaltim promiſſa haut fuerit, quoniam & ſola promiſſio abſ-

ſio absque datione præſenti pro conſtitutione habetur. *l. un. C. de rei ux. act. l. 20. l. 43. l. 44. ff. d. Jur. dot.* defunctâ eâ nihil amplius hoc nomine exigi queat: diſſoluto ſiquidem per mortem Conjugis matrimonio ceſſant ſimul onera conjugii, nec de nuptiis defunctæ ejusque elocatione ulterius laborandum eſt, quo intuitu tamen Jus dotationis adinventum *l. 19. ff. d. ritu nupt. l. 56. §. ibi dos ff. d. jur. dot.* accedit, quod dotem juri alimentorum æquiparari *ſupra* diximus, adeo, ut vel hoc ipſo Pater contra generum poſt conjugis obitum ſibi dotem conſtitui petentem ſe bene tueri valeat, niſi quis etiam præteriti temporis alimenta Judicis officio jure exigi dixerit, ſed absque autoritate legis, ſi non cum offenſione communis Dd. Scholæ Bart. *in l. 18. §. 1. n. 3. ff. d. alim. & cib. leg.* Surd. *d. aliment. tit. 5. conſt. 1. n. 43.* Modeſt. Piſtor. *p. 2. q. 58. n. 1.* Anton. Fab. *in Cod: lib. 4. tit. 7. def. 21. n. 2. add.* Carpz. *d. tr. Dec. 5. poſit. 1. a n. 38. ad fin.*

XXI. Illud quoque hoc loco prætermittendum non eſt, dotem illam, quam ex feudo filiabus deberi firmavimus ad heredes filiæ non transmitti, ſi ea priusquam maritetur deceſſerit, ut docet Bart. *in l. Titio centum §. Titio genero de condit. & demonſtrat.* quod ſequitur & declarat Paulus de Caſtro *ibid. & in conſ. 6. q. 16. vol. 2.* Alex. *conſ. 13. n. 10 vol. 3.* & alii cit. ab Hartm. Piſt. *d. q. 37. n. ult.* add. Schneid. *ad §. ſed ſi uxor J. d. leg. n. 17. lit. A.* his verbis: *Ergò ſi ante filia moriatur, nihil videtur hoc nomine ad heredes ſuos vel ſorores tranſmittere,* & hoc etiam ſpecialiter apud nos ita hucusque obſervatum eſt, *d. concl. 13. t. 3.* verſ. wann die Jungfrawen vor der Hochzeit verſterben/ſo muß das verſprochene Ehe-Gelt beym Promiſſore in dem Lehn verbleiben ſi vero nuptiæ ſecutæ fuerint, & uxor iterum moriatur, tunc etiam ſi fortè tempore mortis ejus termini ſolutionis nondum omnes venerint, nihilominus tamen heredes ejus dotem promiſſam lucrari debent. Sufficit enim ſemel extitiſſe conditionem *d. concl. in f.* & ita etiam pronunciatum fuit ad ſupplicationem Moritz Billerbäcken *contra* ſeiner Schweſter Männer *item in cauſa* Gottfried Stamis Wieben Erben *contra* ejus Lehnsfolger. Hinc minori quidem difficultate idem ſtatuimus de femina, cui dos non ſolum promiſſa, ſed & reverà numerata, hæc enim ſi ſine liberis moriatur, illam transmittit ad heredes ſuos ab inteſtato, niſi forſan dotalitium conſtitutum habuerit, tunc enim aliud dicendum, & ita obſervatur in Pomerania. *v. concl. 12. d. t. 3. d. dote ex feudis.* Sed hac de re plura in ſeq. cap.

 CAP.

Caput III.

De Dotis ejuſq; augmenti, ut & Paraphernalium ex feudo repetitione.

I. Ultra vires igitur patrimonii ac facultatū, ſicut jam diximus, ſe ad dotandum obligatos haut opinentur parentes, nec filiæ modicâ dote contriſtentur, ſed pauperes ad ſponſi maritive domum deductæ id ſolatii capeſſant, quod feminis ſuggerit Breulæ. *ſupra c.l. Licet,* inquiens, *de tuo nihil tibi ſit, nihil tamen tibi deſit, accommodes te moribus mariti, & ille viciſſim tuis contentus erit,* ac vel hoc ſaltim lucri capiant, quod effugiſſe exiſtimentur publicum dotium im̃oderatarum litigium in foro frequentiſſimum. Ut non abs re prudentes Rerump. moderatores certum quoq; & exile doti conſtituendæ præſcripſerint quantum, ſicuti id non nullis exemplis declarat Carpz. *ſæpius cit. tr. Dec.* 5. *poſ.* 2. *n.* 4. *ſeqq.* Nimirum dote congrua & decenti prudens, & honeſtus maritus ſemper contentus erit, eâque ex facultatibus & ſtatu ac conditione feminæ nupturientis æſtimanda.

II. Qualiſcunque verò tandem dos marito inferatur de conſervatione & repetitione ejus multum ſolliciti fuere legislatores, ſi forſan ipſa mulier vel parentes ſibi ante ſponſalia non proſpexerint. Quod enim fidejuſſorem pro dote ſ. conſervanda ſ. reſtituenda Uxori à marito patreve ejus dari prohibitum eſt, optima ratione: ne cui credendum ſe & corpus ſuum mulier exiſtimavit, ejus fidem dotis nomine ſuſpectam habere videatur *l.* 1. *&* 2. *C. ne fidej. dot. dent. add. c. per veſtras* 7. *X. d. donat. inter vir. & ux.* ubi Pontifex dicit, *ſatis eſſe ei modicum credi dotis, cui creditum eſt corpus uxoris,* neve etiam facilius perfidiæ occaſio inter conjuges generetur, quorum concordia dotis potius vinculo retineri debet *arg. l.* 1. *§. ult. ff. d. liber. exhib.* id ſalvo dotis Jure ad eum haut extendi poteſt caſum, quo maritus ad inopiam & egeſtatem vergit, tunc enim dotis ſervandæ cauſa cautionem à marito jure exigi reſcripſit Innocent. III. Pontifex *in d. c. per veſtras* 7. *X. d. donat. inter vir. & uxor.* Salicet. *in l. ubi adhuc n.* 6. *C d. jur. dot.* quod nec Saxonum moribus refragari atteſtatur Rauchb. *p.* 1. *q.* 38. *n.* 3. ſed & pro lubitu ab initio & ante Sponſalia contracta, cautionem fidejuſſoriam pro dote exigenda quovis caſu petere interdictum nullibi eſt, quippe quod nec tum à marito ſed ab eo, qui mari-

tus

tus adhuc ſperatur cautio exigatur, quam promiſſam poſt matrimonium contractum maritus eludere nequit; Dionyſ. Gothofr. *in rubr. Cod. ne fidei. vel mand. dot. lit. e.* Minorem adhuc dubitationem res habet, quando Pater ejuſque heres aut debitor, quiſquis etiam is ſit, qui ex neceſſitate dotem ſolvere obſtrictus eſt *l. 33. ff. d. jur. dot.* talem aſſecurationem petit; tunc enim declinare eam haut poſſe maritum publicam perpendens utilitatem & dotium favorē, judicavit Senatus Sabaud. referente Anton. Fabr. *in C. lib. 5. t.* 14. *Def.* 4. *n.* 7. *&* 8. à quo in caſu ſimili divortium haut fecere Scabinos Lipſ. teſtatur. Carpz. *in juriſpr. for. ad conſt. Elect.* 42. *def.* 12. *p.* 2.

III. Porrò nec parùm ſecuritatis recumbit in actionibus perſonalibus, quibus tam filiabus, ſi feudum ad tertium poſſeſſorem pervenerit, pro conſequenda dote, quàm uxoribus pro repetenda ea conſultum eſt. De illis ait Matth. de Afflict. *in conſtit. Neapol. n.* 38. quod ipſis competat contrà tertium poſſeſſorem feudi actio in factum ſubſidiaria, quæ aliàs regulariter datur, quando Jura ſuadent actionem dari, neque tamen aliquam ſpecialem concedunt *l. quoties ff. d. P. V.* Moveturq; potiſſimum iis, quæ in ſimili ſcripta reliquit. Angel. *in l. Papinian. §. ſi conditione ff. d. inoff. teſt.* Idem ſenſit etiam Camerar. *in c. imperialem p.* 82. ubi ait, horum onerum feudalium hanc eſſe naturam, ut tranſeant cum ipſo feudo, non modo contra agnatos ad quos feudum vadit, ſed etiam contra Dominum, cui feudum aperitur, ac etiam contrà tertium poſſeſſorem quemcunque *arg. l.* 1. *&* 2. *C. ſine cenſu. & l. hactenus l.* 10. *ff. d. uſufr.* v. Hartm. Piſtor. *p.* 2. *q.* 37. *n.* 8. *&* 9. hæ verò, uxores ſc. non ſolum diſſoluto ſed & ſtante adhuc matrimonio, fortaſſe marito in egeſtatem ruente, dotem actione perſonali repetere poſſunt, non ſecus ac ſi matrimonium morte, aliave ex cauſa diſſolutum fuiſſet, *l.* 21. *pr.* ubi Bar. *n.* 61. *&* 70. *ff. ſolut. matr.* Carpz. *c. tr. dec.* 5. *poſ.* 2. *n.* 29. *&* 30. Gail. 2. O. 83. *&* 92. *n.* 6. ubi dicit, paria eſſe quoad dotem repetendam, matrimonium eſſe ſolutum, vel maritum conſtante adhuc matrimonio ad inopiam vergere & Schult. in addit. ad Modeſt. Piſt. *q.* 62. dicit. Maritum ad inopiam vergentem quodammodo civiliter mortuum videri, add. de his omnibus Cothm. *vol.* 1. *reſponſ.* 50. *n.* 24. *&* 25.

VI. Hoc autem quod de actionibus diximus, haut præter rationem, dubitari poterat, cum actiones perſonales, contrà ſucceſſorem ſingularem regulariter non competant *l. fin. §. f. ff. d. contrah. emt.*

l. 1. §. ſi heres precepto. Ad SCtum Trebell. l. 25. pr. verſ. in perſonam de O. & A. l. 9. §. 1. ff. d. edendo. Jus autem reale nullum feminæ in feudo quæſitum habent, neque enim ut eſt communis & de Jure verior Dd. opinio Vaſallo permittitur feudum expreſſe pignori obligare, neque in tacita hypotheca, quam uxor alias habet in bonis mariti pro dote & donatione propter nuptias vel rebus paraphernalibus, comprehenduntur feuda *per c. ſi de feudo §. in generali 2. F. 26* infertur ulterius, quod filia ratione dotis, quæ alias ipſi danda, in feudo non habeat tacitam hypothecam, Hartm. Piſtor. *d. qu. 37. n. 6 7. & 8.* Schrad. *p. 7. c. 2. n. 19.* Berlich. *p. 2. concl. 31. n. 3.* Cum certum ſit, tacitam hypothecam admitti non debere niſi lege quadam nominatim reperiatur introducta *t. t. ff. & C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. &c. l. 1. ibi: hypothecam ab ipſa lege induci C. commun. d. legat. l. un. §. 1. C. d. rei uxor. act.* Et de dote filiarum hoc in ſpecie docuit Math. d. Afflict. *in conſt. Neapol. lib. 3. rubr. 23. n. 35.* quia, *inquit*, nulla lex hoc dicit, add. omninò Berlich. *c. l.* Schrad *p. 8. c. 1. n. 24.* Roſenth. *c. 7. concl. 47. n. 6.* Rauchb. *p. 1. q. 38. n. 44.* & ita in Camera in ardua quadam feudali controverſia obſervatum teſtatur Mynſ. *cent. 6 O. 45. n. 3. & 4.* & in foro Saxon. etiam, licet olim ambiguè de hac quæſtione diſputatum fuerit, hodie tamen ab Aug. Elect. Sax. hanc opinionem comprobatam eſſe, & conſtitutum quod tacita hypothecâ in feudis non habere debeat locum, teſtatur Berlich. *d. concl. 31. n. 6. & 7.*

V. Limitant tamen prædicti Dd. ſententiam ſuam ita, ut vera ſit reſpectu Domini & proprietatis. In fructibus enim & commoditatibus feudi aliter ſe rem habere & in illis tacitam hypothecam conſtitui poſſe ipſimet fatentur, Johan. Fab. *ad §. 7. J. de action. n. 26. verſ. ſed fructus ſic.* quem primum hujus fallentiæ autorem exiſtimat Jacob. Schult. *in addit. ad Mod. Piſtor qu. 120. n. 12. p. 3* ubi etiam *in ſeq. 13.* ulteriùs ita declarat, quod procedat hactenus, quam diu vivit Vaſallus feudi poſſeſſor, & feudum Domino non aperitur, illum ſequuntur Berlich. *d. concl. 31. n. 24.* Schrad. *d. p. 8. c. 1. n. 25. inf.* Anton. Neguz. *tr. d. pignoribus p. 2. pr. memb. 2. n. 48. ibi: quinto reſtringitur & n. ſeq.* Johan. Schneid. *tr. de feudis p. 7. n. 21. verſ. ſic et uſusfructus feudi* & alii alleg. à Jacob. Schult. *d. l.* & in hoc optimè concordat Jus Saxon. teſtante Berlich. *d. l. n. 26.*

VI. Verum contraria opinio ſc. tacitam hypothecam etiam in feudis locum habere natales ſuos recepiſſe videtur à doctrina Bar.

in l. ſi

in l. ſi conſtante 22. *ff. ſolut. matrim. n.* 73. quam ſequitur Mod. Piſtor. *p.* 3. *q.* 122. *n.* 5. 6. *&* 7. *verſ. ego v. puto id quod leges &c.* his potiſſimum motus rationibus: quia in Jure feudorum nihil de hac tacita hypotheca eſt conſtitutum, in iis autem quæ Jure feudorum deciſa non ſunt, ſequimur Jus Commune *per c. Obertus §. ſtrenuus a. legisperitus* 2. *F.* 1. Deinde licet in legibus civilibus de hac hypotheca, quoad feuda nihil deciſum reperiatur, quia tamẽ tempore legum feuda, omnino fuerunt incognita, & ob id de his nihil ſtatui potuit, ſufficit, quod in Jure feudorum non reperiatur contrarium *d. l. n.* 5. *ſub fin. & n. ſeq.* plures v. apud Berlich. *d. concl.* 31. *n.* 1. Et hæc ſententia etiam in foro noſtro omnino obtinere videtur, prout id de filiabus colligi poteſt *ex concl.* 2. *tit.* 8. *de Jure retentionis.* ubi caſus proponitur, *an filiæ, quæ jam ex feudis migrarunt & exierunt, nihilominus ob dotem promiſſam, nec tamen ſolutam, Jus retentionis habeant?* Et reſpondetur, quod eo caſu filiæ quidem Jus retentionis habere commodè dici non poſſint, (cum retentio beneficiũ ſit poſſeſſionis: prædictæ autem filiæ jam aliò migraverint, & feuda amplius non poſſideant) propter favorem tamen dotis, quæ ob nuptias jam factas danda, jus tacitæ hypothecæ retinere debeant, & ſi ipſis debito tempore non ſatisfiat, quod tunc reſtitutione iis ſuccurri, & Judicis autoritate interveniente de novo immiſſio fieri poſſit. De viduis autem in bonis mariti idem conſtat, *ex concl. ult. tit.* 7. verb. weil Wittben Jus tacitæ hypothecæ haben ꝛc. & *ex concl* 5. *tit* 9. ubi dicitur, quod filiæ tacitam hypothecam prius habuerint quam vidua mater, & ſic tanquam tempore anteriores huic præferendæ ſint. Ultimo etiam per bonam conſequentiam idem colligi poteſt *ex concl.* 1. *d. t.*

VII. Id quod huc uſque de repetitione dotis diximus, ita procedit, ut non ſolum ipſa dos, verum etiam augmentum ejus repeti poſſit. Ne autem ignoratis variis termini hujus ſignificationibus à bono & æquo aberremus, neve ea, quæ re ac effectu diſcrepant, imperite confundamus. Cyn. *in l.* 1. *n.* 2. *& in l.* 3. *C. de acquirend. poſſeſſ.* Cujac. *in c.* 6. *X. d. donat. inter vir. & ux.* paululum in ejus explicatione hærebimus. In duplici autem potiſſimum ſenſu, verba hæc *dotis augmentum* die Verbeſſerung apud JCtos invenimus. Aliquando enim dos conſtituta vel adhuc ante matrimonium, vel ſtante demum matrimonio augetur, quod *dotis augmentum* nominatur, *in l. ſi conſtante C. de donat. ante nupt.* itemque *dotis additamentum l.* 26. *§.* 2. *ff. de pact. dotal. &*

tal. & *l. etiam* C. *d. jur dot.* hocque fit vel ab ipſa muliere ejuſque patre, vel extraneo *d. l. ſi conſtante*, vel etiam à marito ipſo, idque ob certas cauſas referente Cothm. *reſp.* 50. *n.* 12. *ſeqq. vol.* 1. puta ſi Vir natalibus obſcurior, & divitiis clarior, Nobiliori Conjugi dotem non uſque adeò amplam adferenti, aliquid loco dotis ſuperadjiciat, in recompenſationem forte Nobilitatis, ſive potius ad natalium ſuorum obſcuritatem inumbrandam, oltegendamve, vel ſi ſenex acheronticus ſibi uxorem juvenem adſciſcat, & florem ætatis, dotis exiguæ ad ſe allatæ incremento compenſet. Curt. Jun. *conſ.* 6. *n.* 20. Math. Weſenb. *conſ.* 49. *n.* 14. *part.* 1. vel denique ſi qua alia cauſa maritum moveat, ut ſponſam velit ad ſe cum majori dote venire, atque ita dotem augeat, *l. ſi ut certo*, *§. interdum ff. commod.* Et hæc ita data vel ſuper adjecta vicem dotis obtinent, eademque cum dote privilegia habent, modò ea conditione dantur, ut loco dotis ſint, & matrimonii oneribus ſerviant. v. Cothm. *c. l.* & *ibi alleg.*

VIII. Deinde ſolet & *dotis augmentum* appellari lucrum illud, quod vidua unà cum dote & ſupra dotem, vel quoad proprietatem vel quoad uſum fructum ex bonis defuncti mariti percipit Cravet. *conſ.* 185. *n.* 5. & hoc eſt hujus loci. Cum autem de eo non tantum pactis, ſed & locorum conſuetudinibus ſuperſtiti uxori proviſum ſit, in duas iterum abit ſpecies, & vel *conventionale* vel *conſuetudinarium aut legale* conſtituitur. Carol. Molinæus *conſ.* 52. *n.* 32. & *ſeqq.* Jure enim Civili nihil de tali dotis augmento diſpoſitum reperimus, & præter dotem aliaque illata ſoluto matrimonio, uxor nihil petere poteſt, niſi pactis ſpecialiter ſibi hoc in paſſu proſpexerit *c. ſ. X. de. donat. inter vir.* & *uxor.* Moribus autem & conſuetudinibus quorundam locorum inſuper invaluit, ut etſi nulla pacta intervenerint, certa pars loco augmenti præter ipſam dotem cæteraque illata uxori reſtituatur, & quia interdum quarta pars bonorum pro lucro aſſignatur, ex eo fit, ut lucrum illud QUARTA appelletur. Joan d. amic. *conſ.* 5. *n.* 2. & *ſeqq.* in Megapoli eſſe medietatem dotis quoad uſum fr. teſtatur Cothm. *d. reſp. n.* 17. puta ſi vidua in dotem dederit 400. mortuo defuncto 600. recipit, ita tamen, ut in lucro 200. non niſi uſumfr. habeat eaque moriens ad viri defuncti heredes remittat. In Pomerania autem noſtra eſt tertia pars der dritte Pfenning verbeſſerung ſicuti colligitur ex *tit.* 7. *concl.* 17. & 19. *n.* 2. *junct. tit.* 18. *concl. ult.* nec valet pactum, quo convenit, ut plus tertio nummo detur *vid. concl.* 9. *t.* 4. ſicut

tut nec id valet, per quod paraphernalia dotis loco reputantur, quo eo plus augmenti uxor accipiat *per concl. 7. eod.*, imo potius in contrarium convenire poteſt, ut ex multis illatis parum aliquid in dotem computetur, & reliqua paraphernalium loco habeantur ne magna dotis meliocatione feuda nimis graventur, *concl. 6. d. t. 4.* Et hanc tertiam partem vidua habet etiam quoad proprietatem ipſam, quando liberi ex ſe & marito defuncto non extant, his enim Solis nec aliis heredibus proprietas reſervatur. Unde ſi uxor ad ſecunda vota tranſit nec liberos ex priori matrimonio relinquit, tam hoc dotis augmentum, quam reliqua lucra nuptialia omnia, *de quibus infra* indifferenter, & quoad proprietatem & quoad uſumfr. ipſi ſalva remanent ut docet quotidiana praxis *v. tit. 22. concl.* 3 *& tit. 7. concl.* 25.

IX. Sit igitur concluſum. *viduas ſoluto matrimonio* (vel uxores adhuc ſtante eo, ſi neceſſitas id efflagitet, v. th. 3. inf. junct. concl. 22. tit. 7.) *dotem unà cum augmento* (tertia ſc. parte, ſicut modo diximus) *ex feudo repetere poſſe.* Quæ concluſio (1) ita extenditur ut ſ. ſit Dominus feudi ſ. agnatus, vel quilibet alius feudi Succeſſor, tantundem dotis & augmenti loco reſtituere debeat *tit. 7. concl.* 1 (2) ampliatur, ut idem procedat in Nobilium viduis licet nativitate plebejæ ſint *d. t. concl. 3.* & hoc propter *l. 1. & l. 13. C. de dignitat.* ubi mulieres honore maritorum eriguntur, genere nobilitantur, & ex perſona maritorum forum conſequuntur (3) ampliatur, ut etiam viduæ heredibus augmentum dotis dandum ſit, ſi ea forte durante anno gratiæ (de quo infrà c. 5.) vel eo tempore, quo jure retentionis feudum poſſidet, moriatur *d. t. concl. 5.* Ratio additur, quia ipſi tale jus ſemel quæſitum eſt, quod ſic merito etiam ad heredes transfert.

X. (4) hæc concluſio extenditur, ut valeat indiſtinctè ſ. illata ab uxore in feudi utilitatem verſa ſ. à Vaſallo dilapidata fuerint *d. t. concl.* 8. Ratio, quod uxori circa hoc nihil imputari poſſit, cum dos ſtatim ac ſoluta, in mariti Dominio fuerit, qui pro libito ſuo de eo diſponere potuit, neq; facti ſui rationem mulieribus mariti reddere ſoleant, Hartm. Piſtor. *p. 1. q* 4. *n.* 16. Sic in Pomerania noſtra dos plerumq; in numerata datur pecunia, & ſi bona dantur, tunc ea ſolent prius æſtimari, cum autem res æſtimata in dotem datur; tunc omne periculum ſpectat ad maritum *l. un. §. 9. C. de rei ux. act. l.* 10. *§. 1. ff. d. jur. dot.* Hinc etiam eſt, quod Jure Communi mulier probatione dotis in rem verſæ tanquam difficillima non gravetur;

vetur, ſed potius in dubio pro ea & pro dotis verſione præſumatur, ad hoc, quod non ſolum dotalitium conſtitui, de quo caſu Hartm. Piſtor. in ſpecie loquitur *c. l.* & frater Mod. Piſt.*p.* 1.*q.* 24. Verum etiam propter indentitatem rationis in difficultate ſc. illa probandi, imò majorem ejus adhuc favorem, ut dos repeti poſſit, veluti id eleganrer docet Carpz.*deciſ.*59.*n.*11. *& aliquot ſeqq.* & clarius adhuc idem apparet ex obſervantia fori noſtri, de qua *concl.* 4. *tit.* 5. *d. dot. illat. atque probat.* quæ ſatis generaliter loquitur. Hoc tamen de Jure Communi ſaltim in dubio procedit, nempe quando non ſatis apparet, an dos in feudum converſa fuerit, nec ne; Nam ubi conſtat, eam in feudi utilitatem collatam non eſſe, tum rem aliter ſe habere dicit Hartm. Piſt. *d. q.* 4. *n.* 18. quod etiam per bonam conſequentiam, & non obſcurè ex Carpz. *d. deciſ.* 59. colligere licet (5) hæc concluſio extenditur ita, ut valeat, etiamſi maritus, mox poſt celebratas nuptias deceſſerit, quamvis dos nondum in utilitatem feudi converſa, neque etiam uſuras inde receperit. *d. t. concl.* 9. (6) hæc concluſio ampliatur, ut procedat, ſ. filii ex priori matrimonio ſ. ex hoc poſteriori, ipſâ ſc. viduâ extent. *concl.* 10. *d. t.* 7. idem affirmatur etiam in duplic. Illustrissmi Barnimi *fol.* 36. *lit. B.* nec diſtinguit hac in parte conſtit. Julin. niſi circa annum gratiæ, quem viduæ non habent, ſi filii adſunt, add. Landt acta *d. anno* 1601.

XI. (7) ampliatur, ut licet dos realiter numerata non ſit, ſed maritus tantum incerta nomina vel uſuras ejus nomine acceperit, & nec hæ ſemper ſolutæ fuerint; tamen hoc non obſtante, vidua augmentum ex feudis petere poſſit. Ratione autem ipſius dotis, ex Jure optionis, quod habet, vel pecuniam iſtam extantem perſequi, vel ſatisfactionem ex pecunia numerata petere, ipſi permiſſum ſit, *per conc.* 14.*d.t.*7. Cum enim maritus in re dotali dolũ & culpam præſtare debeat, utpote, qui ſuo periculo res dotales adminiſtrat *l.*17. *de Jur. dot. l.* 24. *§. maritus ff. ſolut. matrim.* utique in culpa eſſe videtur (1) ſi incerta nomina accipit, nec uxor inde damnũ ſentire poteſt, quia in ceſſione nominis non requiritur evictio, ſed ſufficit nomen eſſe ceſſum licet minus idoneum *l.* 4. *d. hered. & act. vend.* (2) ſi minus idoneo debitori dotem ſibi ſolutam credit & (3) ſi non maturè, à debitore ad inopiam vergente pecuniam creditam exigit. Si verò uſuras pro ea quotannis recipit, tunc idem cenſetur, ac ſi facta fuiſſet ſolutio *l.* 19. *ff. d. contrah. emt. §. vendita* 19. *&* 34. *J. d. R. D.* & idem eſt, conſequi

dotem

lotem vel uſumfructum ejus ; Sufficit autem quocunque modo dos ſoluta ſit, ſ. per delegationem ſ. per oblationem, ſ. per depoſiionem, ſunt enim in Jure æquipollentia *l. obſignationem C. d. ſolut.* *acceptum C. d. uſur.* Weſemb. *tit. d. ſolut. n.* 8. & ſufficit, unum æquipollentium fieri *l.* 11. *ff. d. legat.* 3. Nam quoties duo inter ſe æquiparantur caſus, id quod de uno vel à lege vel à ſtatuto, vel à conuetudine conſtituitur, de altero quoque conſtitutum eſſe intelligitur. Jaſ. *in l. heredes autem* 1. *n.* 5. *ibi: tertio, quando duo caſus & in l. centuio* 15. *n.* 33. *ff. d. vulg. & pup. ſubſtit.* add. Modeſt. Piſt. *q.* 122. *n.* 75. (8) deniq; hæc concluſio extenditur ita, ut eodem modo, quoad dotem t. & ejus augmentum, viduæ elocandæ ſint ex feudis, quæ defunctus maritus Jure pignoris tenuit, aut cum pacto retrovenditionis emit, quam aliis quibusvis & propriis feudis. *concl.* 18. *d. t.* 7.

XII. Hæc Concluſio ita ampliata limitatur (1) ut non habeat locum, quando dos, vel planè non numerata, vel non etiam alio modo (*v. ſuprà ampliat* 7.) inde marito ſatisfactum, nec tamen per eum ſtetit, quo minus dos numerata ſit, tunc enim vidua promiſſorem ſequi tenetur, penes quem dos remanſit, nec aliquid augmenti loco petere poteſt, *v. concl.* 13. *cum* 15 *d. t.* 7. & ita etiam pronunciatum eſt *in cauſa* Gerdt Zaſtrowen Lehnsfolger *contr.* ejus viduam, add. conſtitut. Julin. quæ expreſsè loquitur de dote data em reſolut. & Duplic. Illustrissimi Barnimi & Statuum Relic. & triplic. ubi convenerunt, augmentum dotis non deberi, nidos verè ſit ſoluta. Nec diſſonum eſt hac in parte Jus Commue, ſicut pateſcit ex lect. *auth. ſed quæ nihil, & auth. æqualitas, C. de pact.* *nvent. auth. dos data. C. de donat. ante nuptias*, & iis, quæ latè de hac uæſtione tractat Hartm. Piſt. *p.* 1. *q.* 5. & Ern. Cothm. *conſ.* 50. *vol.* 1. 87. *& multis ſeqq.* qui etiam *n.* 167. *uſque ad fin.* eam in terminis haet, ubi conſuetudines Pomeraniæ hoc in paſſu perſtringit. Et hæc deò procedunt, ut pacta, quibus de augmento dando convenitur, iam dote non ſoluta, nulla ſint, & neque mariti filios neque anatos ſtringant, & ad obſervandum obligent, ſicut conſtitutum *concl.* 4. *t.* 4. *de pact. dot.* (2) hæc concluſio limitatur, ſi dotis ſotioni certi termini vel dies præfixi, nec omnes ante mortem mati venerint, tunc enim quod non eſt datum, nec repeti, multò miius augmentum ejus ratione poſtulari poteſt *concl.* 7. *d. t.* 7. Aliud icendum, ſi termini iſti quidem non venerint, anticipando tamen promiſſore dotis ſoluti fuerint, hoc enim caſu nihilominus augmen-

gmentum deberi. Pronunciatum *in cauſa* Michel Steinwehr *contra* Hanß Steinwehren credit: 31. *Aug.* 1654.

XIII. Cum autem in prædictis caſibus dos juſto tempore non ſoluta, ſed penes Promiſſorem remanſit, non immeritò quæritur, *anne promiſſor eo caſu augmentum dotis vel loco ejus intereſſe præſtare debeat?* quod regulariter negatur. Uſuras verò legitimas & conſuetas poſt moram dare debet, ſicut habetur *in concl.* 4. *d. t.* 7. Sic executoriales datæ fuere *in cauſa* Nicolaus Heydebrecken nomine uxoris *contra* Heinrich Rameln Erben *in puncto dotis*, & ita etiam pronunciatum *in cauſa* Frantz Borcken zu Zozenow nomine uxoris *contr.* Jochim Flemming *in puncto reſidui*. Nonnunquam tamen ex ſingularibus rationibus & circumſtantiis fieri poteſt, ut ipſum dotis augmentum præſtare cogatur promiſſor. Ita judicatum *in cauſa* Eliſabet Wopersnowen / Dinnies Bonins Witben Vormundt contrà Arndt & conſortes, die Wopersnowen als Aßmus Wopersnowen Lehnsfolger.

XIV. (3) fallit ſupradicta concluſio, ſi uxor ante maritum moritur, quo caſu ejus heredes ſolam dotem cum cæteris illatis & nullum augmentum petere poſſunt, *arg. c. f. X. de donat. inter vir. & ux. add. l.* 4. *C. ſolut. matrim.* & talis obſervantia eſt in tota Pomerania, ut ſaltim dos cum paraphernalibus, aliisque illatis ſine augmento reſtituatur *v. concl.* 6. *d. t.* 7. Imò ulterius placuit, quod eo caſu, quo uxor ante maritum ſine liberis decedit, maritus tertiam dotis partem, ſive ea jam tum ſoluta & numerata ſ. non, retinere poſſit. Præterea lucratur etiam inſtructum lectum, ein ſtehend bette/ uti deſcribitur *in concl.* 20. *d. t.* 7. darauff 2. Vnder vnd 1. Oberbette/ wie auch 3. Pfüle und Küſſen alles mit gutem Bäuerwerck vnd Ziechen/Imgleichen zwey paar guter Leylachen von der verſtorbenen Frawen Bett vnd Leinwand ꝛc. & denique etiam retinet ea, quæ uxor ipſi ante vel in ipſis nuptiis dedit die Brautgeſchencke. Reliqua autem illata, ut paraphernalia omnia heredibus reſtituere tenetur. *add. ſupra cit. c. f. X d. donat. inter vir. & ux. & l.* 4. *C. ſolut. matrim.* Cæterum ſunt adhuc alia dona nuptialia alias *Xenia & Encænia* dicta, germanico Idiomate Brautgeſchencke item Brautſtücke / quæ ab amicis & hoſpitibus in ipſis nuptiarum feſtivitatibus, ſponſo & ſponſæ præſentari ſolent: Hæc autem ad quemnã, alterutro conjugum decedente, devolvantur, multum inter Dd. hucuſque diſputatum eſt, quorum opiniones ſatis differentes collectas v. apud Berlich.

ich. *p.* 3. *concl. Pract.* 32. *per tot.* add. Treutl. *D.* 7. *th.* 10. *lit. i.* apud nos ita ſemper obſervatum fuit, ut ea æqualiter inter maritum & uxorem vel eorum heredes dividantur *v. concl.* 21. *d. t.* 7. ſingulariter tamen *in cauſa* Reimar v. Wolden *contr.* ſeines Bruders Wittbe judicatum, daß ein jeder/ was von ſeinem Beyſtande verehret/ behalten ſol.

XV. Specialiter autem hic quæritur, *quid Juris ſit de eo caſu, quando Nobilis non in rure, ſed in civitate habitavit, & vel nulla, vel non multa bona feudalia poſſedit; an tunc vidua poßit, ſicut aliæ Nobiles, elocationem petere, & ſimul etiam ad inſtar plebejarum marito in bonis hereditariis ſuccedere?* enim plura Jura in una eademque perſona concurrunt, tunc ea diverſo reſpectu plurium perſonarum vicem gerere ſolet, & facit huc, quod heredem, in quo plura Jura concurrunt, plurium vicem ſuſtinere Dd. tradunt Hartm. Piſt. *p.* 1. *qu.* 24. Verum Reſp. utrumque ſimul vidua habere non poteſt, optio tamen illi datur, utrum ex bonis feudalibus, ſi quæ adſunt, ut Nobilis elocari: an verò ſecundum Jura civitatis ex bonis hereditariis ſ. allodialibus ut plebeja ſatis fieri velit, quod ultimum tunc etiam ſolùm procedit, quando nulla bona feudalia maritus defunctus unquam habuit *v. d. t.* 7. *concl.* 2. ſi verò tempore contracti matrimonii maritus quædam feuda habuit, poſtea autem ea vendidit & pecuniam eam vel fœnori expoſuit, vel iterum alia bona allodialia pro ea comparavit; tunc, licet ſoluto matrimonio nulla bona feudalia amplius ſuperſint: vidua tamen perinde ut aliæ nobiles, quarum mariti feuda reliquerunt, dotem ejuſque augmentum una cum reliquis lucris nuptialibus petere poteſt, ſi modò velit. Optio enim hic ipſi relinquenda eſt *v. concl.* 17. *tit.* 7. & ita etiam pronunciatum *in cauſa* Aßmuß Voßbergen Wittbe *contr.* ejus heredes.

XVI. Meminit etiam rubrica noſtra *bonorum paraphernalium*, non enim ſolùm dos ejuſque augmentum, ſed etiam hæc uxori reſtituenda, & quidem abſque ullo detrimento, cum nihil inde maritus lucrari poſſit, add. quod etiam de Jure Civili in bonis paraphernalibus maritus nihil Juris nec ullum exercitium aut adminiſtrationẽ habeat ſc. non conſentiente muliere *per l.* 8. *& l. ult. C. d. pact. convent.* v. Gail. 2. *O.* 78. *n.* 6. rerum enim dotalium uſusfructus ſolùm propter onera matrimonii ſpectat ad maritum, & ſi ex paraphernalibus aliquid recepit vel eas adminiſtravit, tunc de iis rationem reddere tenetur *l. pen. pr. ff. ad L. Falcid.* Extenditur etiam noſtra concluſio (1) ita, ut procedat adhuc, quando uxor, ante ma-

ritum mortua eſt, nam licet hoc caſu is, ut *ſuprà* tradidimus ad dotis augmentum non teneatur; ſed potius tertiam dotis partem ab uxore lucretur, tamen bona paraphernalia omnia integra reſtituere obligatus eſt *per concl.* 20. *d. t.* 7. (2) hæc concluſio extenditur etiam ad caſum, quo vidua dotalitium elegit; illud enim tantum in recompenſationem dotis, & pro dote conſtituitur, nec quicquam negotii habet cum paraphernalibus quæ ſic abſque cauſa apud mariti ſucceſſores vel heredes manere non poſſunt *v. concl.* 8. *tit.* 17. *& concl.* 2. *tit.* 18. (3) ampliatur ita ut nihil interſit, an maritus ea in rem feudi verterit an aliàs conſumpſerit vel dilapidaverit per ea quæ *ſupra* de ipſa dote, ejuſque augmento diximus, idque propter rationis paritatem vel certè adhuc majorem rationem *jung. ſuprà cit. concl* 8. *tit.* 7. cum *concluſ.* 4. *tit.* 6. ubi ſufficit ipſam illationem probaſſe, ex qua verſio præſumitur, ſicut *cap. ſeq.* docebimus. In actis tamen *de anno* 1601. dicitur, quod paraphernalia ex feudo reſtitui non debeant ſi non in utilitatem feudi verſa ſint *v. Reſolut. ILLUSTRISSIMI BARNIMI ejusque replic item Statuum duplic. & triplic.* denique (4) hæc concluſio etiam procedit; etiamſi filiabus ex hereditate vel feudis paternis alimenta conſtituta ſint; his enim non obſtantibus totam maternam maſſam in feudis adhuc jacentem repetere permittuntur. *concl.* 1. *tit.* 18. ſicuti autem maritus vel ejus ſucceſſores ex prædictis bonis nullum lucrum capiunt; ita viciſſim ab illis, præter ipſa illata nihil reſtituendum, nec uſusfructus, nec uſuræ, nec augmentum, & in hoc SERENISSIMI Conſiliarii & Deputati conſentiunt *v. concl ult. d. t.* 18. & quoad uſuras in ſpecie ita pronunciatum *in cauſa* D. Eraſmuß Woyſtenowen Lehnsfolger *contr.* ejus viduam & ſucceſſores nec etiam uſumfructum & multò minus augmentum reſtitui patitur conſuetudo & judicii ſtilus, qui pro lege ſemper & ubique obſervandus Gail. 1. *obſ.* 1. *n.* 1. *&* O. 65. *n. ult.* quid autem in ſpecie in veſtimentis den zugebrachten Kleidern illorumque reſtitutione obtineat, v. im Landtags Abſcheidt *d. anno* 1601. ubi de viduis agitur.

XVII Visâ jam ipſa dotis ejuſque augmenti atque paraphernalium reſtitutione: videndum adhuc erit, antequam hinc abeamus ex quibus rebus ea fieri debeat; & olim quidem indiſtinctè tam dos atque parapherna quam augmentum ex feudo ſolvebatur, utut hereditas ſufficeret, poſtea v. *anno* 1601. Statibus placuit, ut dos & parapherna ex relicta pecunia numerata, ſi modo ſufficiat: augmentum autem ex feudis ſolveretur, ita ut cæ-

tera

era allodialia omnia ejuſmodi onere non gravarentur. *v. concl.* 12.
it. 7. & ne, quod in favorem viduæ introductum videtur in ejus
detrimentum degeneret, libera ipſi datur ibidem facultas, vel pe-
uniam iſtam numeratam acceptandi vel à feudi ſucceſſoribus il-
ata ſua cum dotis augmento repetendi; hi enim, etiam eo caſu ad
d tenentur, & pro rata ejus, quod ſolverunt, iterum ex pecunia
ſta numerata ſatisfactionem ſibi polliceri poſſunt. Sicuti id diſ-
oſitum eſt *in d. concl.* 12. v. reſolut. ILLUSTRISSIMI BARNIMI *fol.* 3. *lit. A.*
t Statuum replic. *fol.* 15. *lit. C. & D.* item Barnimi duplic. *fol.* 33. *lit. A.*
. *C. &c.* add. Conſtit. Julinenſ. quæ loquitur tantùm de eo caſu,
uo ſucceſſor ſimul eſt heres. E. à contrario ſenſu ita colligi poſſet:
ui heres non eſt, is etiam non tenetur. Præterea in fin. ferè d. con-
it. verſ. da auch zwiſchen den Lehnsfolgern vnd Erben ꝛc. hæc verba
abentur; wenn zwiſchen Succeſſoren vnd Erben ſtreit vorfället/was
des Theil zur Außſtewer geben ſoll/ daß ILLUSTRISSIMUS alßdann er-
ären wolle ꝛc. Ex quibus verbis concludimus, hereditatem non
mninò ab hujuſmodi onere liberam eſſe: nec immeritò, feuda e-
m nimis gravari nō debent, quod jam *ſuprà* diximus, quippe quæ
favorem potiſſimum maſculorum, & pro conſervatione familia-
um data atque conſtituta ſunt. Ultimo denique hîc annotandum
t, quod commune illud maritorum beneficium competentiæ ſc.
cujus uxoribus, earumque heredibus, non tenentur, niſi in quan-
m facere poſſunt *l. un.* § 7. *C. d. rei ux act.* §. *item* 37. *J. d. act.* et-
m hîc locum optimo jure inveniat, nec tamen propterea illud ſta-
n tribuitur heredi mariti. *l.* 24. §. 1. *l.* 25. *d. re jud.* niſi ſit inſimul
ulieris filius, qui eo ex æquitate fruitur *l.* 18. *ff. ſolut. matrim.* v.
ail. *l.* 2 O. 83. *n. ult.* item Struv. *Exerc.* 30. *th.* 54. *& Exerc* 44. *th.* 18.
m. 3. ſequitur.

CAPUT IV.
De Dotalitio.

I. Ex dictis conjugum dotibus cum multum ſæpè augmentì
aritorum facultatibus accedat; liberalitati eorum haut convenire
debatur, ut ergâ conjuges nimium tenaces exiſterent, ſi non pror-
s ingrati; Quapropter remunerationis loco de certis quibusdā pen-
nibus annuis ad tempus vitæ illis proſpicere jam ab antiquis tem-
ribus conſueverunt, teſtante Hartm. Piſt. *p.* 1. *q.* 4. *n.* 1. & Carpz.
prà cit. Tr. d. jur. ſem. ſing. Dec. 5. *poſ.* 8. *n.* 1. *ſeqq.* quæ res poſteà origi-
m *Dotalitio* dedit, quod vulgò Maritus uxori ratione dotis illatæ in

ſuis bonis concedit, ut eo vidua facta, ad dies vitæ utatur, fruatur, vid. *cit. Aut.*

II. Varias autem *Dotalitium* hoc ſortitur appellationes: Ita enim ſicut diximus vocatur à Canoniſtis. *c. plerumq, X. d. donat inter vir. & ux. & c. ex parte X. d. for. compet.* Interpp. noſtris quoque dicitur *donatio propter nuptias*, quod exemplo non carere teſtatur Cothm. *vol. 1. conſ. 50. n. 55. ſeqq.* quamvis enim donatio propter nuptias, Græcis ἀντίφερνη, & aliàs *contrados*, item *antifactum* dicta, maxima ex parte moribus noſtris ſit immutata, imò penè abolita, ut potius dotalitium ejus ſpecies eſſe, aut in locum ejus ſucceſſiſſe videatur: Rauchb. *p. 1. q. 47. n. 21.* Bocer. *d. donat. c. 1. in pr.* tamen re ſublata nomen ipſum manſit, quod novum non eſt cum verba ex uſu, in quo nata ſunt aliquando diſcedant, & aliam ſignificationem aſſumant. Varro. *lib. 4. d. ling. latin.* Gell. *lib. 13. c. 28.* Schurff. *conſ. 24. cent. 1. n. 5.* appellat *victilitium*, quod uxor in bonis mariti ex ſuâ proviſione loco dotis percipit, quæ proviſio ſpecialis hominis facit ceſſare proviſionem legis *l. f. C. d. pact. convent.* Flandris dicitur *Duaria*, Gallis *Douaire*, Italis *Contradote*, Anglis *The dovrie*. Nos Germani dicimus Leibzucht / Leibgeding / Leibgut / quia cũ perſonâ & corpore, cui obvenit, moritur & expirat, perinde ut uſusfr. morte uſufructuarii finitur. Et quia in reditib. plerumq; conſtituitur, ut ſc. in ſingula centena decẽ annua ſolvantur, appellari ſolet *reditus vel cenſus vitalis* Leibzinß od Leibgülden. Deinde quia viduæ conſtituitur, & cum viduâ extinguitur, dicere ſolemus Wiedumb / vel Widthumb. Denique quoniam hujus lucri perceptio dotem abſorbet & quaſi ex vendito in maritum ejusque heredes transfert. Undè Saxones dicunt Leibguth ſchwindet das Haubtguth. Ideò à nonnullis rectè appellatur *dotis pretium.* Abbas in *d. c. plerumq, n. 8. in f.* v. Ern. Cothm. *vol. 1. conſ. 50.*

III. Equidem de conſuetudine iſta in jure civili parum vel nihil reperire licet: attamen eam ultrà hominum memoriam ita obſervatam eſſe teſtatur Hieron. Schurff. *in conſ. 51. vol. 3.* Georg. à Rotſchitz. *in ſuo proceſſu tit.* vom Leibgeding / & alii allegati ab Hartm. Piſtor. *d. q. 4. n. 1.* qui ipſemet in territorio Saxonico longiſſimo uſu eam receptam eſſe dicit, & præterquam quod idem de univerſali conſuetudine per totam penè Germaniam Carpz. *c. 1. n. 5.* ſpecialiter & in noſtra provincia quotidiana teſtatur Praxis; Hinc cum hæc res, ſicut diximus, ex conſuetudine natales ſuos habeat, quicquid dubii circa eam occurrit, ex moribus & conſuetudine potius, quam lege ſcri-

ptâ

tâ decidendum erit: imò ſtatuta & conſuetudines locorum ſunt
us civile in locis, in quibus ſunt. *c. Jus civile. Diſtinct.* 1. *l. omnes populi*
f. d. J. & J. & pulchrè Panormit. ſuper *Rubr. ad fin. d. conſuetud.* add.
Schurff. *cent.* 1. *conſ.* 24. *n. ult.* ſed cautio tamen hic adhibenda eſt, ne
imites juris communis nimium transgrediamur; verum ex hujus
riſceribus in caſibus dubiis declarationem petamus. Sic primo no-
andum eſt, in conſtituendo hoc dotalitio regulariter inter dotem
& donationem propter nuptias æqualitatem cujus *ſuprà* jam men-
ionem fecimus, omninò eſſe obſervandam *Auth. æqualitas. C. d. pact.*
onvent. utut pactis & conſuetudine nonnunquam inde recedatur,
Cothm. *vol.* 1. *conſ.* 50. ita ut donatio propter nuptias quoque etiam
major dote conſtitui poſſit, ut ſenſit Gloſ. *in d. Auth. æqualitas & ibi*
iam Salicet. Quinimo, licet mulier nullam dotem dederit, tamen
otalitium pactis conſtitui poſſe, tenet Gl. à Dd. communiter ap-
robata in *l.* 10. *C. d. pact. convent.* v. Hartm. Piſt. *d. q.* 4. *n.* 4. *&* 9. De-
nde cum non uniformiter ubique mulieribus de dotalitio proſpici-
tur, cujusque loci obſervantia, ſi pacta ſpecialia deſunt erit atten-
enda, unde etiam reſponſum depromendum, ſi quis de certo dota-
tii quanto informari cupiat, nec enim certius aliud, quam ex pro-
inciæ cujusque uſu ac moribus ſuppeditari poteſt.

IV. In noſtro igitur foro, ſicut & ex communiſſima Saxon. con-
uetudine, congrua dotalitii quantitas eſt uſusfructus duplicatus ejus,
quod dotis nomine fuit illatum, ſic ſc. ut ex ſingulis centenis vidua
nnuatim 10. lucrari poſſit, *v. concl.* 1. *tit.* 17. Magna quidem penſio
æc, uſuras quincunces excedens in altero tanto; undè cuipiam non
bs re ſuſpectus videbitur modus hic dotalitii, non modicam ſapiens
ſurariam pravitatem, quæ totum annihilat actum ejusque ſubſi-
entiam ex *Receſſ. Imp. d. Anno* 1500. 1530. 1548. *&* 1577. *ſub tit.* von wü-
herlichen Contracten, Verum quod contrahentibus ibidem inter-
ictum, ad legem vel conſuetudinem haut accom̃odari debet: nec qui
ſurariis poſitus eſt obex, jus dotalitii in ſingularem mulierum fa-
orem introductum, ambiguum reddere valet, prout pluribus & ſa-
s eleganter dictam dotalitii quantitatem defendit Carpz. *d. Dec.*
poſ. 8. *n.* 17. *ſeqq.*

V. Cum autem non minus in feudalibus quam allodialibus bo-
is de dotalitio proſpici ſoleat mulieribus præſertim inter Nobiles,
uibus id juris quaſi appropriatũ eſt, Coler. *part.* 1. *deciſ.* 60. *n.* 9. *&* 17.
Carpz. *d. Dec.* 5. *poſ.* 9. *n.* 2. non poſſumus illorum conditionem ſilen-

tio

tio hic ſepelire, certò confiſi, neminem ex feudi ſucceſſoribus detractuꝛum quicquam viduæ de jure dotalitii, quod à Marito in pactis dotalibus promiſſum fuit, nec ſolùm (quantumvis id tutius ſit docente Coler. *d. Deciſ.* 60. *n.* 8. add. de conſuet. Pomeran. *concl.* 3. *tit.* 17. quæ conſenſus iſtius expreſsè mentionem facit) quando talia dotalitia cum conſenſu illorū conſtituta ſunt, de quo dubius forſan quæſtionem proponeret Domitianā vel Bajocenſem: ſed etiam quando talis conſenſus non acceſſit, modò in terminis æquitatis defunctus ſubſtiterit nec modum dotalitii uſitatum excedendo, æquô gravius impoſuerit feudi ſucceſſoribus Coler. *d. l. n.* 10. tunc enim pacta illa quatenus dotis quantitatem ſuperant, heredes Mariti quidem obligant, utpote cum hi factum defuncti Præſtare teneantur *l.* 14. *C. d. R. V. l. Venditio C. d. reb alien. non alien. l. ex qua perſona d. R. I.* aliis verò ſucceſſoribus feudi in eo quod ultra æqualitatis rationē promiſſum eſt, non aliter præjudicant, quam ſi ipſimet conſenſerint, cum regulariter ex facto Vaſalli defuncti ſucceſſores in feudo non teneantur, neq; ipſis invitis ratione feudi aliquod onus à defuncto injungi poſſit, *text. eſt in c. ſequitur in pr.* 1. *F.* 8. *c. Imperialis pr.* 2. *F.* 52. *& c Imperialem pr.* 2. *F.* 55. add. Hartm. Piſt. *d. q.* 4. *n.* 6. Coler. *jam c. l.* Jac. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſt. part.* 3. *q.* 122 *n.* 131. Weſenb. *vol.* 2. *conſ.* 78. & Carpz. *d. poſ.* 2. *num.* 8. *ſeqq.*

VI. Regeris hîc: jam dictam rationem etiam tum locum invenire quando dotalitium legitimam quantitatem non excedit, adeoque ex identitate rationis, nec eo caſu ſucceſſores feudi obligatos eſſe. Verum Reſp. Huic juris communis rationi eatenus derogatum eſſe, quatenus dotalitium intra legitimum & uſitatum modum conſtitutum eſt, ut teſtatur Hieron. Schurff. *in d. conſ.* 51. & docuit Schneidevv. *ad tit. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub Rubr. de ſucceſſ. Jur. Saxon. inter marit. & uxor.* & ita etiam Collegium Juridicum Lipſienſe reſpondit, ſicut apud Hartm. Piſt. *d. q.* 4. *in fin.* ex ipſo reſponſo annexo videre licet. quin imò licet de jure communi donatio propter nuptias niſi conſtituta aut promiſſa fuerit non debeatur ut ſenſit Gloſſ. *in auth. Dos data C. d. donat. antè nupt. in f.* quam ſequuntur communiter Dd. ibid. Angel. *in ſæpius cit. auth. æqualitas n.* 3. & Matth. de Afflict. *in Conſtit. Neapol. l.* 3. *Rubr.* 13. *n.* 4. tamen & in hoc ipſi conſuetudine derogatum, uſque eò, ut non ſolum mariti heredibus, verum etiam agnatis & ipſi feudi Domino, quoties ad illos feudum pervenit, onus hoc dotalitii conſtituendi incumbat, non obſtan-

obſtante, quod vivente Marito nihil de eo conventum aut diſpoſitum fuerit prout rectè aſſerit Schurff. *in d. conſ.* 51. Rotſchitz & Schneidvv. *loc. ſupra cit.* add. d. reſponſum Facultatis Lipſ. apud Hartm. Piſtor. *inf. d. q.* 4. nec quidquam levaminis ſucceſſores habent, ut maximè bona ſuperſint hereditaria, quod notanter addit Carpz. *d. poſ.* 9. *n.* 13. vid. etiam Schult. *alleg. l. n.* 136. & Weſemb. *conſ.* 26. *&* 27. Hinc ſi forte ſucceſſores viduæ dotalitium conſtituere recuſant, ita, ut judex illud decernere neceſſe habeat, tunc etiam non attenta appellatione ad illud conſtituendum cogi poſſunt: præſtita tamen à vidua cautione ad appellationem, quemadmodum ita obſervatur in Pomerania. *vid. concluſ.* 12. *tit.* 17.

VII. Procedunt autem dicta non aliter quam ſi dos ipſa realiter illata probetur *auth. dos data C. d. donat. ante nupt. auth. ſed quæ nihil C. de pact. convent.* exceptiones tamen quaſdam hîc notavit Erneſt. Cothm. *vol.* 1. *conſ.* 50. & Hartm. Piſt. *p.* 1. *q.* 5. *n.* 8. *uſque ad fin.* Inſtructam igitur documentis vel teſtibus oportet eſſe viduam, quæ in arenam deſcendit, & onus probandi in jure difficillimum in ſe ſuſcipit Weſemb. *conſil.* 49. *n.* 3. Carpz. *deciſ.* 59. *n.* 2. & Modeſt. Piſt. *p.* 1. *q.* 24. *& p.* 3. *q.* 122. *n.* 11. *cum ſeqq.* idem etiam in Pomerania obſervatur, ſicut apparet ex *concl.* 2. *tit.* 17. ſecundum quam pronunciatum *in cauſa* Michel Kleiſten *contrà* Patris viduam. Excipiunt tamen Dd. hinc heredes, qui, ſive dos illata ſit, ſive non, modo ita inter maritum defunctum & relictam viduam convenerit, ad dotalitium illud promiſſum obligati ſunt, neque mulier ulteriori probatione oneranda. Et hoc præprimis quando maritus dotem ſe jam recepiſſe in dotalitio confeſſus eſt, nam ſicut confeſſio ipſi confitenti, ita etiam heredibus ejus præjudicat ut per *d. l.* 14. *C. d. R. V. & l. uxor C. d. bon. author. Jud. poſ. l. ſi ab eo C. d. negot. geſt.* tradidit Dec. *in conſ.* 184. *inf.* quem refert Cravet. *in conſ.* 125. *n.* 2. & in terminis noſtris ſecutus eſt Natta *in conſ.* 316. *tom.* 2. add. Hartman. Piſtor. *d. q.* 4. *n.* 8. 9. *&* 10.

VIII. Verum hæc mariti confeſſio de dote accepta regulariter non relevat viduam ab onere probandæ illationis contrà agnatos & ſimultaneé inveſtitos; ne licentiæ agnatos jure ſuo defraudandi indulgeamus Carpz. *d. poſ.* 9. *n.* 21. add. *th.* 5. *h.* Experientia enim teſtatur maritos ſæpe dotem ſe accepiſſe fateri, quam tamen nunquã acceperunt, præſertim eo caſu quando ſobole maſculâ deſtituuntur, idq; in perniciem ſucceſſoris propter innatum odium &

Zelotopiam quam adverſus eum habent. Deinde confeſſio hæc eſt ſuſpectiſſima *arg. l. 17. ff. d. probat.* nec ſtandum aſſertioni ejus, qui actum ſine certa aliqua qualitate expedire non poteſt, etiam ſi aſſereret, qualitatem illam, quæ ei facultatem diſponendi tribuit, interveniſſe *l. 37. §. pen. ff. d. legat. 3.* Jaſ. *in l. ſi donatione n. 4. C. de collat.* Carpz. *Deciſ. 59. n. 4. & Jurispr. for. ad Conſt. Elect. 44. part. 2. defin. 10.* & Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſt. p. 3. q. 122. n. 117.* qui etiam *n. ſeq.* 118. hanc rationem addit. Quia regulariter inter dotem & dotalitium æqualitas eſſe debet per *ſæpius cit. auth. æqualitas c. de pact. convent. & Nov. 97. c. 1.* ideoque quicquid deeſt doti id etiam decedere de dotalitio debet, *auth. ſed quæ nihil verſ. item quæ minus* C. *d. tit.* add. Vaſq. *Illuſtr. controverſ. lib. 6. c. 46.* Maſcard. *de probat. fol. 228.* idem confirmat etiam Cothm. *reſp. 21. vol. 2. n. 39.* ubi ad contrarias præſumtiones reſpondet, Beuſt. *de jurecom. n. 10.* qui diſtinguit; an maritus confiteatur dotem eſſe numeratam à Patre uxoris, an à tertio, ita ut hoc caſu præſumatur actualiter numerata. Cum hoc concordat ferè Carpz *d. Deciſ. 50. ubi n. 5.* ſufficiens teſtimonium eſſe exiſtimat, quando dos jam anteà promiſſa, promiſſio autem mariti de ejus acceptione ex intervallo temporis ſecuta eſt, tunc enim, *inquit*, confeſſio mariti probabili cauſa munita eſt, ex qua ſuſpicio fraudis facilè purgatur, & *n. 7. ibidem* excipit etiam caſum, quo mariti confeſſio de dote recepta, non mulieri, ſed tertio facta eſt, ex quo non minor præſumtio pro muliere contrà ſuſpicionem falſitatis militare videtur, ſcil. quod is, qui ad dotationem obſtrictus haut eſt, ſimulare quicquam velle non cenſeatur.

IX. Prædicta reg. quod nuda mariti aſſertio de dote receptâ non ſufficiat ad probandam dotis illationem ſpecialiter etiam in foro noſtro confirmata eſt, & ita practicatur: hac tamen addita limitatione, niſi maritus confeſſionem ſuam extrajudicialiter factam in judicio pręſentibus feudi ſucceſſoribus, quibus onus dotationis in futurum incumbit, repetat, & corporali ſuo juramento corroboret, tunc enim pro ſufficienti & plenâ illam habendam eſſe conſtitutum *in concl. 2. tit. 6.* Item ſi vidua illationem dotis vel etiam paraphernalium (quæ quidem huc non ſpectant) per teſtes aut alio modo probare non vult aut non poteſt, confeſſionem autem defuncti mariti pro ſe habet, tunc ad juramentum ſuppletorium admittitur, quod ſi præſtitit, confeſſio iſta mariti & præſtatio hujus juramenti pro ſufficienti probatione reputantur, *v. concl. 3. d. t. 6.*

Sic

Sic *in cauſa* Hans von Wolden / *contrà* Jürgen v. Wolden Wittbe hat maritus 1. *Decemb. anno* 1655. ratione dotis illatæ extrajudicialiter eine juratam quietantiam gegeben / vnd iſt dennoch vidua ad juramentum ſuppletorium condemniret worden / 22. *Jun. anno* 1666. *verba ſententiæ*: da die Wittbe mit gutem Gewiſſen eydlich ſolte erhalten / daß ſolche Pöſte richtig / laut ihres Mannes Quittung außkommen ꝛc. Item quod in hoc caſu vidua ad dictum juramentum ſit admittenda deciſum *in cauſa* Gürgen Krummels Wittben / *contr.* Belowen & Peter Zarnowen Wittben / *contrà* ejus ſucceſſorem Anton. Matzmer. Rejiciendæ etiam hic ſunt duæ exceptiones ſcil. ſi biennalis præſcriptio, & longa conjugum cohabitatio intervenerit, & maritus nihil petierit, quod tunc confeſſio mariti ſufficiat, ſicut Provinciales exiſtimarunt *v. reſolut & duplic. ILLUSTRISSIMI BARNIMI & Statuum replic atque triplic.*

X. Sed & aliquid ſolaminis hic adjiciunt Jur. Sax. authores quo vidua in probatione ſuccumbens rurſus erigatur; nimirum quod licet uxor dotem vivente matrimonio non intulerit, ſi tamen poſt mortem ejus dotem promiſſam, unà cum debito intereſſe offerat tum dotalitium etiam nec dum promiſſum conſtitui debeat, non attento, utrum in mora ſolvendi vel maritus in mora acceptandi fuerit: & ſ. dos purè & ſimpliciter, ſ. in certum diem promiſſa ſit, wenn gleich die Fraw bey Lebzeiten ihres Mannes jhr Ehegeldt nicht eingebracht; ſondern daßelbe nach ſeinem Tode erſt einbringen will / ſo ſeyn deß verſtorbenen Mannes Erben ihr das Leibgut auffzurichten vnd einzuräumen ſchuldig; prout decidit Georg. Rotſchitz *in tract. d. dotalitio artic.* 1. *n.* 16. *verſ.* vnd hierumb mag die nachgelaſſene Wittfraw ꝛc. v. Carpz. *d. Dec.* 5. *poſ.* 9. *n.* 23. *ſeq.* Schneidvv. *ad tit. Inſtit. d. hered. quæ ab inteſt. defer. ſub Rubr. d. ſucceß. jur. Sax. inter marit & uxor. n.* 45. Coler. *p.* 1. *deciſ.* 63. *n.* 3. Verum utut hæc ex ſpeciali Saxon. conſuetudine ita ſeſe habeant, ſecundum juris civilis tamen rationes firma manet Reg. quod nec hoc caſu ad dotalitium conſtituendum ſucceſſores cogi poſſint, utpote fundamento & cauſa ejus ſublatâ. Rationes elegantes v. ap. Hartm. Piſt. *p.* 1. *q.* 5. *à n.* 1. *uſque ad* 7. Et huic juris civilis diſpoſitioni tam diu inhæremus, donec contrarium apud nos diſpoſitum experiamur. Pomeraniam enim jure Saxon. uti hactenus non eſt demonſtratum teſtante Cothm. *vol.* 3. *reſp.* 35. *n.* 59. 71. 72. *ubi dicit*: conſtitut. provinciales Pomeraniæ velle ut in omnibus cauſis juxta juris commu-

nis & localis diſpoſitionem jus dicatur & pronuncietur, nec ullam eam juris Saxon. mentionem facere, ut proinde in apertis nullus relictus ſit locus diſputationibus, conjecturis & divinationibus *l. ille aut ille §.1. ff d.legat 3 add.n.75.* ibi: jura feudalia accipi neceſſe eſt communia, donec Saxonica intelligi oportere liquidò demonſtretur, *&.n.76.* jure communi feudali ſucceſſio determinanda eſt, donec jure Saxonum eam definiri oportere probatum fuerit, *c.un. d.feud.cogn.*

XI. Præterea circa dotalitii noſtri materiam etiam iſtud notatu dignum eſt, quod ad hoc, ut ſucceſſores feudi dotalitium ex feudo conſtituere teneantur, de jure communi non ſufficiat, dotem marito illatam eſſe, ſed inſuper verſio in utilitatem feudi requiratur, ne fundamentum dotalitii totum deſtruamus in feudo, ex quo illud propterea præſtandum: niſi enim dos in feudum converſa ſit, nulla ſane cauſa ſubeſt, quæ ad dotalitium ipſos obligare poſſit, cum cauſa obligationem præcedere debeat. Non tamen propterea mulier hoc caſu aliquo probandi onere gravatur, ſed potius in dubio pro ea præſumitur, dotem in feudi utilitatem collocatam eſſe; tum quia ſatis durum eſſet, mulieri probationem hanc, utpote difficillimam injungere; tum etiam quia veriſimile eſt, Nobilem poſſidentem feudum, pecuniam in utilitatem feudi collocaſſe arg. ejus quod docet Bl. *in l.5. in f. C. ad SC. Macedon.* ubi ait, quod in dubio mercator præſumatur pecuniam collocaſſe in mercantias. v.Modeſt.Piſt.*p.1.q.24.n ult.* facit huc etiam text. *in l.fin.C.eod. ubi notat* Br. quod quando Scholaris accepit pecuniam, videatur eam in dubio expendiſſe cauſa ſtudii, quam doctrinam ſequuntur plures alii cit.ab Hartm.Piſt.*d.q.4.n.*17.Nam ſi hoc in Mercatore & Scholari receptum eſt, nihil ſanè impedit, quo minus idem in Nobili admittamus, atque inde præſumamus, eum pecuniam à muliere dotis nomine acceptam, in feudum convertiſſe. Et hoc ita in judicio Curiali obſervatum eſſe annotavit Modeſt. Piſt. *c.l.* & frater Hartm. dicit: ſe ſæpius ſecundum hanc ſententiam reſponſum ſcire. add. Carpz. *deciſ.59. n.9. & d. poſ.9. n.*18. Nec differt hac in parte ſtilus Curiæ noſtræ, expreſsè enim conſtitutum probationẽ dotis illatæ ſufficere, nec mulierem ad verſionis probationem cogendam eſſe, *v. concl. 4. tit. 6. d. dot. illat. atque probat.*

XII. At ne mulieres iſto ſolamine, hocque beneficio animatæ criſtas erigant, utrumque, reſtringendum erit: *illud* quidem ad caſum dotis promiſſæ, ſi enim nupſerint abſque ulla dotis conſtitutione,

tione, falsò ſibi perſuadebunt dotalitium, ut maximè certam etiam num dotem inferre paratæ ſint, ſicuti id ſpecialiter notat prælaud. Carpz. *d. poſ. 9. n.* 28. *ſeqq.* add. Hartm. Piſt. *d. q.* 5. *Hoc* vero ita, ut præſumtio iſta non ſtringat heredes feudales, ſi verſionem non factam docere velint, quod etiam Curiam Lipſienſem in cauſa quadam obſervaſſe, teſtis eſt Carpz. *jam. cit. loc. n.* 19. Et Hartm. Piſt. *p.* 1. *q.* 4. *n.* 18. *dicit.* hoc ſaltim in dubio procedere quando non ſatis apparet, an dos in feudum converſa fuerit, nec ne? at quando conſtat, eam in feudi utilitatem collatam non eſſe, tum rem aliter ſe habere, neque ſucceſſores feudi ad dotalitium conſtituendum teneri, priusquam ipſis dos ſoluta fuerit, quippe cum præſumtio veritati cedere ſoleat. *c. quicunque diſtinct.* 80. *c. qui fidem. X. d. ſponſal. l. ille aut ille §. cum verbis ff. d. legat.* 3. Repetenda tamen hic eſt ſuperius *v. th.* 7. *h.* allata diſtinctio inter heredem & ſucceſſorem, quoniam hic nullo modo tenetur, quando dos non eſt in utilitatem feudi converſa ſive dotalitium à marito conſtitutum fuerit, ſive non, cum factum defuncti ipſi præjudicare non poſſit, quod vero heredem attinet, hoc ultimo caſu nec hic quidem tenetur; Sed benè in primo, ſi ſc. dotalitium jam à marito conſtitutum fuerit? tunc enim nihil attinet anxiè verſionem conſiderare, cum hic etiam ſine eâ, quin imò nullâ planè dote illata, factum defuncti præſtare teneatur, ut *ſuprà* diximus. add. Hartm. Piſt. *p.* 1. *q.* 4. *n.* 18 *inf.*

XIII. Quantum ad forum noſtrum attinet, diximus quidem *ſuprà in materia de dotis repetitione*, nihil intereſſe an dos in feudum verſa ſit, vel non: Verum an idem etiam quoad dotalitium procedat, incerti juris eſt. Quia tamen conſtitutiones noſtræ de eo in ſpecie non loquuntur, nec etiam generaliter hâc in parte diſponunt ideoque à repetitione dotis ad dotalitium conſtituendum non benè hîc argumentari poſſumus. Deinde juris notiſſimi Reg. eſt: Statuta & conſuetudines quando derogant juri communi, ut hoc loco, ſtrictiſſimam recipere interpretationem, præſertim ſi præjudicium & damnum tertio inde oriri poſſit, *c. quæ à jure d. R. J. in* 6. *& l. quod vero contrà ff. d. ll.* v. Gail. 2. O. 33. *n.* 6. *&* 9. & Decius *conſil.* 19. *n.* 13. *dicit*: ſtatuta correctoria juris communis non poſſe extendi ultrà caſum in quo loquuntur, nec ex identitate rationis Br. *in l. omnes populi ff. d. Juſt. & Jur. n.* 60. *& in auth. quas actiones C. d. SS Eccleſ. n.* 9. ad Schrad *p.* 7. *c.* 3. *n.* 9. Accedit quod hic potius diverſitatis ratio ſubeſſe videatur cum plus ſit ad dotalitium teneri quam ad dotis reſtitutionem, ſicut ex iis

 patere

patere poteſt quæ initio hujus cap. de ejus quantitate & modo conſtituendi diximus. à majori autem ad minus affirmativè contra logicorum doctrinam nobis argumentari non licebit.

XIV. Ne autem quod in mulierum favorem introductum eſt jus ſingulare, in odium & damnum earum degeneret; merito electione libera & facultate dotis repetendæ mulieribus eſt proſpectum; Non enim cogi poſſunt ab agnatis feudi ſucceſſoribus, ut dotalitium præcisè acceptent, ſed arbitrio earum relictum eſt, utrum dotem repetere, an dotalitio contentæ eſſe velint. Et ſane electionem vel ſola æquitas urget, ne viduæ ſenio forſan confectæ facultas de dote teſtandi, heredibuſque ſuis proſpiciendi auferatur. Hartm. Piſt. *d. q.* 4. *n.* 19. *&* 24. Carpz, *deciſ.* 59. *in pr.* Heig. *quæſt* 27. *n.* 14. Schult in addit. ad Mod. Piſtor. *p.* 1. *q.* 62. *n.* 9. & Weſemb. *conſ.* 77. *n.* 8 *p.* 2. Etſi autem de jure hoc optionis viduæ liberi nihil participent, nec intermiſsà electione poſt obitum matris dotalitium petere queant, tamen facultas recuperandi dotem ipſis hoc caſu invidenda non erit, ne, quæ in ampliſſimum dotis favorem inducta viduæ electio, in odium liberorum retorqueatur. Carpz. *d. Dec.* 5. *poſ. ult. n.* 14. *ſeqq.* Et hanc optionem ſpecialiter etiam habent viduæ Nobiles in Pomeraniâ, licet cum hac reſtrictione, ut intra ſpacium 3 menſium ad electionem procedant. *v. concl.* 4. *tit.* 17. ſecundum quam etiam pronunciatum eſt *in cauſa* Graff Wolffgangs Witthen. *contra* ejus ſucceſſores.

XV. E re itaque viduæ erit, ſingulas & ætatis & valetudinis ſuæ circumſtantias probè examinare, antequam in alterutro pedem figat; Semel enim facta electione amplius pœnitere nequit, quicquid etiam incommodi inde ſit ei metuendum. Quare ſi dotalitium ejuſmodi ſemel agnoverit, tum neque ipſa, neque heredes ejus dotem amplius repetere permittuntur, utpote mariti bonis jure dotalitii incorporatam, ut loquitur Weſemb. *in conſ.* 26. *n.* 26. *p.* 1. add. Coler. *p.* 1. *deciſ.* 57. *n.* 58. *& deciſ.* 60. *n.* 12. Deinde manifeſtum eſt in compenſationem dotis dotalitium hoc conſtitutum eſſe licet id expreſſe dictum non ſit, nam & aliæ conjecturæ ſufficiunt, ſicut tradit Hartm. Piſt. *d. q. n.* 22. ut proindè locum ſibi inveniat Regulà, quæ dicit: quod, ubicunque apparet, animo compenſandi aliquid datum ſeu relictum eſſe, tum non utrumque, ſed alterutrum ex his peti poſſit. *l. ſi compenſandi ff. d. hered. inſtit. l. ſi ab uno. d. leg.* 2. *c. officij X. d. teſtament.* add. Berlich. *p.* 2. *concl.* 50. *in f.* Mulier etiam cum electionem habeat, ſibi meritò acceptum ferre debet, quando incommodum aliquod

od ad ipſam, ſeu heredes ejus inde redit. Non igitur ægrè ferre
bet vel ipſa vel heredes ejus; ſi citius fato functa minus dote perci-
ret mulier. *arg. l. 1. C. d. pact. & l. d. fideicommiſ. C. d. tranſact. l. ſi eâ le-
C. d. uſufr. l. fi. propter pupillos C. d. inoff. teſtament.* per quæ jura Regula
di ſolet: quod, ubicunque à futuro eventu dependet, utrum in
rum vel in damnum aliquid redundare poſſit, damnum indè
ergens in conſiderationem non veniat. v. Hartm. Piſt. *c. l. & la-
tque eleganter* Berlich. *d. l. n. 74. ſeqq.* ubi etiam *n.* 82. hoc ita limi-
, niſi aliter pactis ſpecialiter ſit conventum. add. etiam Cothm.
1. *reſp.* 50. & Weſemb. *conſ.* 50. *n.* 27. *p.* 1.

XVI. Conſentiunt hic etiam conſuetudines fori noſtri, ſicut
eſcit *ex concl. 6. d. t. 17. & ex concl. ult. ibid.* v. etiam Reſolut. Il-
trissimi Barnimi *fol. 8. lit. A.* cum qua conveniunt Status in re-
: *fol. 24. lit.* C. & ita pronunciatum *in cauſa* Jochim Köllers / *con-*
Herman Lockſtätten Witwe / idque adeò ut nec pacta valeant
bus convenit, ut heredes viduæ quæ in dotalitio vixit, poſt
rtem ejus dotem cum augmento repetere poſſint *concl.* 11. *tit.* 4.
madmodum non adeò dudum tale pactum reprobatum eſt *in*
ſa N. Borcken / nec etiam illud pactum pro valido agnoſcitur,
od non tantum dotalitium vidua retinere; verum etiam ſimul
em cum augmento repetere poſſit, *concl.* 10. *tit.* 4. de conſue-
. March, v. Scheplitz. *p.* 3. *tit.* 2. §. 16. *n.* 10. additur tamen in *ſu-*
cit. concl. ult. alia notabilis exceptio: niſi vidua ad ſecunda vota
nſeat. Tunc enim cum novo Marito in dotalitio manere non po-
: ſed ſucceſſoribus feudi id cedere cogitur, ita tamen, ut certam
diverſitate temporis, quo dotalitio uſus eſt, quantitatem ejus,
od alias non electo dotalitio habuiſſet, iterum recipiat, quod ut
e cognoſci poſſit, tres diſtinctos formabimus caſus: *Primus* eſt
ndo vidua intra tres proximos annos ex quo dotalitium poſſedit
um alii nubit; tunc accipit tres quartas ex jam dictis rebus & u-
n perdit; *Secundus* caſus eſt; quando idem facit intra 6. annos poſt-
m dotalitio jam uſa eſt; tunc recipit ſaltim dimidiam partem.
tius eſt, ſi demum poſt 6tum annum ejuſdem computationis ad
unda vota tranſeat, tunc planè nihil accipit & tamen è dotalitio
re cogitur: quemadmodum id conſtitutum *in concluſ.* 7. *tit.* 17.
concl. 3. *tit.* 22,

XVII. Cum autem hoc noſtrum dotalitium morte viduæ ſi-
l moriatur & expiret; perinde ut uſusfructus morte uſufructua-
rii fini-

rii finitur; unde etiam communiter à Dd. præprimis Jur. Saxon. Interpp. *uſusfructus* appellatur: Hinc quod Regulis hujus juris convenit, tuto quoque accommodabitur dotalitiis, ita ut nec cautione uſufructuariâ mulier vidua ſublevetur in dotalitio, ſi nomine hujus fundo vel prædio fruatur, idque adminiſtret. Hartm. Piſt. *obſerv.* 2. *& d. q.* 4. *n.* 23. Weſemb. *conſ.* 91. *n.* 15. *ſeqq. p.* 2. Joh. Köppen. *deciſ.* 33. *n.* 12. Carpz *d. Tr. Dec.* 5. *poſ.* 8. *n.* 8. *ſeqq.* & Rauchb. *p.* 1. *q.* 30. *in pr.* Et hanc cautionem etiam confirmat praxis in Pomerania, ubi prætereà requiritur, ut vidua dotalitium poſſidens inventarium conficiat omnium rerum tam mobilium quàm immobiliũ, quæ in illo inveniuntur, illudque feudi ſucceſſoribus reſtituat *v. concl.* 13. *tit.* 17. & hoc itidem ad Exemplum uſufructuarii. Jul. Clar. *lib.* 3. *ſent.* § *teſtamentum.* Gail. 2. O. 144. *n. ult.*

XVIII. Ulterius argumentamur ab uſufructu ad dotalitium, quod fructus ultimi anni non pertineant ad heredes viduæ, niſi quatenus ſunt percepti §. *is verò* 36. *J. d. R. D.* ſed maneant feudi ſucceſſoribus *v. concl.* 9. *d. t.* 17. de conſuet. March. add. Schepl. *p.* 3. *tit.* 2. §. 22. *n.* 2. Ex ſpeciali verò Sax. Jure fructus etiam pendentes in dotalitio viduæ heredibus relinquuntur. Landrecht *lib.* 3. *art.* 76. *in f.* quia tamen fructus non dicuntur, niſi deductis impenſis *l.* 30. *pro ſoc. l.* 46. *d. uſur. l.* 16. *d. impenſis in rem dot. fact. l.* 1. *C. d. fruct. & lit. expenſ.* add. Garſ. *d. expenſis c.* 1. *n.* 13. *& ſeqq.* hinc ſucceſſores illi ſementum, quod eo anno ſatum eſt, tanquam impenſam, viduæ heredibus reſtituere tenentur per *concl.* 10. *d. t.* ubi etiam arbitrio heredum relinquitur, an frumentum, an vero pretium ejus petere velint. de conſuet. March. v. iterum Schepl. *d. l.* §. 21.

XIX Amplius ex ſuprà dictis inferimus: cum certum ſit, dotem per dotalitii electionem planè extingui & abſorberi; & dotalitium etiam poſt mortem viduæ ad ſucceſſores feudi reverti; Creditores, ſi quos forſan vidua; nulla tamen alia bona, unde ipſis ſatisfieri poſſit, relinquat, nihil juris etiam in dotalitio habere, atque ita pecunia ſua planè carere debere *concl.* 14. *d. t.* & ita judicatum *in cauſa* N. Borcken Witteben credit: *contra* Otto Borcken Erben als Lehensfolger.

XX. Singularitatis quid etiam latet in eo, quando maritus ad inopiam vergens bona ſua feudalia Creditoribus cedere aut in ſolutum dare tenetur, tunc enim hac ceſſione non obſtante uxor dotalitium ſuum jam antè ſibi conſtitutum retinet; & quod magis

gis eſt, etſi nondum conſtitutum fuerit: tamen in eo omnibus creditoribus anteriorem expreſſam hypothecam non habentibus, *de quo infrà*, præfertur; cum hac reſtrictione, quod hoc caſu poſt mortem mariti amplius pœnitere, & dotem cum augmento, relicto dotalitio, petere non poſſit, ſed tenetur tunc ſemel accepto dotalitio contenta eſſe: ſicut id diſpoſitum habemus *in concl.* 11. *d. t.* 17. add. Modeſt. Piſt. *p.*1 *q.*62. Nec tamen propterea ſemper Creditores (mariti ſcil. vel agnatorum non quos vidua reliquit, qui nullo modo ad ea venire poſſunt) ab hujuſmodi bonis dotalitiis excluſi erunt; ſtatim enim ac mulier viam humanæ carnis ingreſſa eſt, atque ita dotalitiũ ad feuda reverſum, jus ſuum proſequi & executionem in illis petere non prohibentur. *v. concl.* 15 *d. t.* & ita pronunciatum *in cauſa* Clauß Maſſowen Witben *contrà* Jürgen Zitzwitzen / *& in cauſa* Henning Maſſowen Sohns/ Rüdiger Maſſowen zu Cattow *contra* Creditores *item in cauſa* Frantz Stojentins Sohn *contra* Creditores. Ultimo hic movenda eſt generalis quæſtio, an contra has cõſtitutiones atq; conſuetudines item Nobilium privilegia pactis dotalibus dotalitia conſtitui poſſint. Et Reſp. quod non, nullius enim efficaciæ ſunt, ſed pro nullis talia pacta habentur, ſicut judicatum *in cauſa* Frantz Borcken *contra* Heinrich Borcken Witbe *add concl. ult. tit.* 4. *d. pact. dotal. &c.* Et hæc de materia dotalitii dicta ſint; ſequitur Tractatio lucrorum nuptialium in Capite ſequenti expedienda.

CAPUT V.

De Lucris Nuptialibus.

I. In jure hoc feminarum ſingulari, de quo huc uſque, ſi progrediamur, invenimus porrò lucra nuptialia, quæ ſanè non modicum mulierum favorem ſapiunt. Dicuntur autem ita omnia, quæcunque uxor præter dotem & paraphernalia ex bonis defuncti mariti lucratur, inter quæ numeratur (1) dotis augmentum ſive melioratio (2) annus gratiæ, (3) morgengaba ſive ſponſalitia largitas, (4) dimidia mobilium & hereditatis, & (5) denique currus, equi & veſtes lugubres.

II. Cum autem prædicta jura maximam partem ex ſpeciali Pomeraniæ conſuetudine originem ſuam trahant, nec facile quicquam de iis alibi locorum, multò minus in jure communi diſpoſitum reperiatur; paucis quantum de iis ſcire licet, indicabimus. Et

 primum

primum quod attinet, dotis nempe meliorationem, quia de ea jam *ſuprà cap.* 3. *theſ.* 8. *ſeqq.* aliquid diximus repetitioni ejus hîc meritò ſuperſedemus, & B. L. eo ablegamus. Sunt autem adhuc aliæ meliorationes quæ in ipſius feudo fiunt & alias impenſæ ſeu melioramenta dicuntur, in quæ etiam filiæ, licet non in ipſo feudo, pro hereditaria portione ſuccedunt adeo ut etiam jus retentionis habeant, donec ipſis ratione illorum à Domino aut agnato, feudi ſucceſſore, ſatisfiat: Modo tamen impenſæ iſtæ liquidæ ſint: Si enim illiquidæ nec in continenti probari poſſunt communiter Dd. ſtatuunt Domino vel ſucceſſori ſub cautione de melioramentis præſtandis, cum liquidata fuerint, reſtituendum eſſe per rationes, quas habet Schrad. *lib.* 2. *part.* 9. *ſect.* 7. *n.* 31. *ſeqq.* & *n.* 51 *idem p.* 7. *c.* 3. *n.* 7. Hartm. Piſt. *p.* 2. *q.* 42. *ubi n.* 26. idem etiam de impenſis voluptuariis docet. add. Roſenth. *c.* 10. *concl.* 43. *n* 120. *cum ſeqq.* & Coler. *d. proceſſ. execut. p.* 2. *c.* 3. *n.* 303. *cum ſeqq.* Nec diſcrepant Conſtitutiones Pomeran. quantum ad neceſſarias & utiles impenſas attinet. *v. tit. ult. d. meliorat.* ubi etiam ſpecialiter ratione retentionis ſupra allata diſtinctio comprobatur.

III. Notandum tamen hîc quod jure feudali, quando Vaſallus feudum melioravit, & ſine filiis moritur, Domino electio detur, an velit pretium meliorationis reſtituere, an vero pati, ut ea ſi v. g. ædificium exſtruxit, tollatur *per text. expreſſum in c. Domino. §. ſi Vaſallus* 2. *F.* 28. Sed utrum hoc in omnis generis impenſis locum habere poſſit, de eo. v. Hartm. Piſt. *d. q.* 42. *n.* 4. *ſeqq.* ubi tandem *n.* 10. concludit: Hæc omnia in boni innocentisque Judicis arbitratu & officio conſiſtere, ut negotium ita temperet, ne qua nimia in alterutro verſetur captio. Quomodo autem in prædicto caſu, quo pretium reſtituitur, æſtimatio fieri debeat, de eo conſul. Jul. Clar. *lib.* 4. *§. feudum q.* 88. *n.* 2. ubi tenet, quod valor ipſorum melioramentorum, non ædificii diruti æſtimari debeat, vid. Cavalcan. *in deciſ. p.* 2. *deciſ.* 39. *n.* 27. *cum ſeqq.* add. Hartm. Piſt. *d. q.* 42. qui poſtquam *n.* 12. & 13. varias Dd. opiniones de hac æſtimatione retulit, tandem ex fontibus ipſis magis quam ex opinionibus, ſicuti loquitur, hanc quæſtionem ita decidit, ut iterum arbitrio Judicis committendum ſit, qualis æſtimatio fieri debeat, ita tamen ut quoties Domino electio ſupradicta competit, ſufficiat eum tantundem ſolvere, quantum Vaſalli heredes ex rebus ablatis conſequi potuiſſent. *per l. in fundo* 38. ibi: *quantum habiturus eſſet, poſſeſſor his rebus ablatis, ff. d. R. V.* quod etiam in ſeqq. uberius demonſtrat atque declarat.

IV. Secundum ex dictis lucris locum ſibi vendicat Annus gratiæ quo vidua non ſolum, ſed etiam filiæ gaudent poſt mortem ſui mariti, vel patris. Percipiunt autem in eo omnes omnino fructus tam bonorum feudalium (etiam eorum quæ pignoris jure defunctus tenuit, aut ſub pacto retrovenditionis emit *concl.9.tit.*11.) quam allodialium, & tam mobilium quam immobilium ut & uſuras ex nominibus debitorum, ſicut id ſpecificè videre licet *in concl.4.eod.* add. Reſolut. Illustrissimi Barnimi *fol.6.lit.A. & B.* & replic. Statuum *fol.* 22.*lit.B.* in puncto uſurarum & ita pronunciatum eſt *in cauſa* Egidii Flemmings Witwen / *contra* ſucceſſores item *in cauſa* Chriſtoff Wildenitzen Lehnsfolger *contra* ejus viduam. Non tamen propterea ipſis permiſſum eſt, pecuniam quæ tempore mortis Vaſalli fœnori nondum expoſita eſt, adhuc exponere & uſuras pendente anno gratiæ inde recipere *per concl.6.d.t.* ſicut nec jus ſylvæ cæduæ & jus piſcandi, quod fortè Vaſallus defunctus habuit, ipſis competit, niſi ad ſuam bonorumque utilitatem: non autem ut inde aliquid vendere poſſint. v. *concl.5.eod.* add. Landtags Abſcheidt zu Wollgaſt *d.anno* 1606. ibi: haben ſolches zu ihrer Nothdurfft einig vnd allein zugebrauchen; müſſen das Holtz nicht hawen vnd verkauffen / die Teiche nicht ablaſſen / vnd keine Fiſche verkauffen.

V. Quod de fructibus dictum eſt, de futuris tantum intelligi debet, non de iis qui jam tempore mortis Vaſalli à fundo ſeparati, collecti atque percepti fuerunt; Hi enim non amplius fundi pars eſſe cenſentur, ſed ſpectant ad hereditatem. Ita judicatum *in cauſa* Reimar v. Woldes Witwen *contra* ejuſdem ſucceſſorem, *& in cauſa* Jochim Köllers *contra* Hermann Lockſtädten Witwen / v. *concl.7. d.t.* accedit & hoc, quod, ſi fructus hi pertinerent ad annum gratiæ, tunc vidua vel filiæ non exiguum inde paterentur damnum, quia maximam partem ad funeris impenſam adhibentur. Notandum etiam hîc eſt, quando Vaſallus non tantum viduam ſed etiam filias vel ex primo vel ſecundo matrimonio vel ex utroque ſimul & præterea etiam ſorores relinquit, quod tunc annus gratiæ æqualiter ſit dividendus, ita ut pro dimidia parte ad viduam, pro altera verò dimidia ad dictas virgines in capita pertineat v. duplic. Illustrissimi Barnimi *fol.38.lit.B. & Conſtit. Julin. verſic.* vnd da die Jungfrawen. & ita etiam pronunciatum *in cauſa* Hans Billerbecken Witwe. *contra* ejuſdem ſucceſſores, ſi autem nulla vidua adeſt, ſed dictæ virgines ſolæ extant, tunc eodem modo proceditur & totus annus gratiæ inter eas per capita diſtribuitur v. *concl*, 14. *d.t.* 11.

VI. Videndum jam hîc neceſſario erit, quando & à quo tempore annns gratiæ currere incipiat, & quouſque duret; Et Reſp. *in concl. 1. d. t.* 11. quod illud fiat ſtatim ipſa die mortis Vaſalli & duret integrum annum & diem. ita ſcil. daß ſie in den Gütern darinnen ihnen das Gnaden Jahr gebühret / nur eines Jahrs vnd eines Tages zu Wachs/einſchnide/vnd abnutzung haben ſollen/vnd werden weiter keine Wochen noch Tage hinzugeſetzt: da ſichs aber begebe/daß in ſolchem Jahre von Korn oder Fahrnüß noch ferner etwas fällig oder einzuſamblen / ſolches gehöre ihnen nicht zu. Licet ratione ſeminis ipſis à feudi ſucceſſoribus eo caſu ſatisfieri neceſſe ſit. v. *concl ult. tit.* 15. Ita ſecundum prædictnm modum deciſum *in cauſa* Jochim Witten Witben vñ Töchter *contra* Gerdt Witten *& in cauſa* Reimar v. Woldes Wittben *contra* ejus ſucceſſores. add. Landtags Abſcheidt zu Wolgaſt *d. anno* 1606. *ibi.* die völlige eines Jahres Fruchtnieſſung / procedunt dicta adeò, ut ſi tempore mortis Vaſalli agri jam ſubacti & ſati fuerunt, ſo die Außſaat allbereits beſtellet/ viduæ & filiæ nihil heredibus pro ſemine reſtituere cogantur, *concl* 3. *tit.* 15. aliud tamen obſervatur ſi ſatio nondum facta fuerit, & illæ ſemen ex hereditate ſumpſerint, tunc enim illud ibidem reſtituere, aut ut ſibi deducatur, pati debent. *concl.* 2. *d. t.* 15.

VII. Cum autem per Regulam Juris ſecundum naturam ſit, commoda cujuſq; rei eum ſequi quem ſequuntur incommoda *l.* 10. *ff. d.* R. J. hinc etiam eſt, quod viduæ vel filiæ durante Anno gratiæ uſuras ſolvere teneantur pro debitis quæ Vaſallus reliquit. *concl.* 10. *d. t.* Et ſi iſtæ in ſolutione uſurarum ceſſaverint Creditoribus integrum eſt à feudi ſucceſſoribus eas petere: qui tamen eo caſu regreſſum ſuum habent adverſus viduam & filias. *concl.* 13. *eod.* Si vero defuncti æs alienum tam magnum ſit, ut ejus uſuræ fructus illius anni excedant & planè exhauriant, tunc viduis ratione illatorum ut & augmenti legitimæ & uſitatæ uſuræ, virginibus verò alimenta ſunt danda, quæ omnia prius deducuntur, quam creditoribus uſuræ ſolvuntur, v. *concl.* 11. *d. t.* Et ita etiam judicatum *in cauſa* Jochim Wettens Söhnen *contra* patris viduam. Denique ex ſuprà dicta Reg. ut & iis quæ in jure civili de uſufructuario traduntur, fluit, quod viduæ vel filiabus durante hoc Anno etiam incumbat onus collectarum & tributorum quemadmodum etiam ſpecialiter diſpoſitum eſt im Landtags Abſcheidt *d. anno* 28. *d.* 29. *Decembr.* quod uſufructuarius qui fructus ſuos facit, collectas iſtas ſolvere debeat. add. Landt Acta, *d. anno* 1601.

VIII. Re-

VIII. Reſtringitur etiam annus gratiæ ſolum ad eum caſum, quando defunctus Vaſallus nullos reliquit filios neque ex primo, neque ex ultimo matrimonio: hi enim ſi adſunt annus gratiæ locum non invenit *concl. 2. eod. tit.* add. conſt. Julin. §. vnd weil vnſere ꝛc. & §. vnd weil mehr begnadung verb. die keine Leibs Lehns Erben nach⸗gelaſſen. item Privilegia Nobil. Pomeran. ibi: ohn Leibes Lehns Erben verſtürbe ꝛc. Et Landt acta *d. anno* 1601. v. etiam Cothman. *vol.* 4. *Reſp.* 8. *n.* 14. Ejus tamen loco vidua uſuras & filiæ alimenta recipiunt, ſicut *th. præced.* de ære alieno diximus, & præterea utriſque fructus pecorum ſicut & ex dimidia mobilium debentur *concl.* 12. *ibid.* Nec etiam ſemper eo caſu vidua anno gratiæ carere debet, quid enim ſi filii iterum moriantur, & feudum Domino, aut aliis ejus ſucceſſoribus aperiatur? tunc illam adhuc privilegio hoc uti poſſe expreſſum eſt *in concl. ult. d. t.* 11. ultimò dicta limitantur ita, ut annus gratiæ non competat filiabus vel ſororibus, poſtquam jam viris nupſerint; etiamſi de promiſſa dote nihil vel parum ſaltem iis ſolutum ſit, *concl.* 3. *ibid.* add. duplic. ILLUSTRISSIMI BARNIMI *fol.* 38. *lit.* C. & ita etiam pronunciatum *in cauſa* Jochim Wutten Wittben *contra* Gerdt Wutten *& in cauſa* Jurgen Köllers Töchter Vormünder *contra* Friderich Köllers vnd Caſpar Köllers Erben. Ratio diverſitatis eſt, quod filiæ innuptæ & nondum elocatæ dotis uſuras quemadmodum hæ petere non poſſint.

IX. Subintrat jam ordine juſto ſponſalitia largitas ſeu ut vulgò dicitur, Morgengaba, juri quidem civili incognita, moribus tamen Saxonicis & apud Noſtrates uſitatiſſima, indigitante germanico voculę hujus idiomate, compoſita enim eſt ex vocabulo Morgen/ quod manè ſeu matutinum & Gab/ quod donum ſignificat, quaſi diceres *donum matutinum*. Mev. ad Jus Lübec. *lib.* 1. *tit.* 6. *art.* 1. *n.* 35. *& ſeq.* Hartm. Piſt *p.* 1. *q.* 44. *n.* 1. Et Cujac. *lib.* 4. *feud. tit.* 32. de hac donatione ita ſcribit: quod manè diei nuptiarum donatur. Græcis dicitur *ὑπόβολον*, Germanis Morgencap ſeu Morgenbeb vel potius Morgengabe (ut idioma noſtrum exprimamus quod ipſum fortaſſis latuit, dicente Hartm. Piſt. *c. l.*) Latinis vocatur etiam *matutinale donum* & *donatio morganica ſeu morganatica*. Mev. *c. l.* & Cothm. *vol.* 1. *Reſp.* 50. *n.* 147. Conſuetudine namque introductum novimus, ut ſponſus in pretiū quaſi amiſſæ virginitatis, (quam primam & potiorem puellæ dotē ex Joan. Fichard. *d. conſ.* 33. *n.* 3. *vol.* 1. vocat Ern. Cothm. *d. l. n.* 84. & Plaut. in Amphit. ait: *Non ego illam mihi dotem duco eſſe, quæ dos dicitur: ſed pudicitiam &c.*) & operæ pretium Mev. *d. l.* poſt primum concu-

 bitum

bitum ſponſæ, manè ſolemni nuptiarum die antequam ad prandium diſcumbat, torquem vel catenam auream vel aliud quiddam pretioſum donet, quæ donatio ſicut diximus, vocatur *morgengaba.* de qua ita Joh. Schneidevv. *ad pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. Rubr. d. ſucceſſ. inter vir. & uxor. n.* 41. daß die von Adel deß Morgens/wann ſie beygelegen / der Braut eine güldene Ketten/ oder ſonſten ein Kleinod/ oder auch Geldt zur Morgengabe ſchencken.

X. De hujus tamen donationis ſubſiſtentia meritò quis dubitaverit, cui, quod juris notiſſimi, ignotum non eſt, donationem ſc. inter conjuges in fumum abire, ſi non morte fuerit confirmata *l. 32. in pr. & §. 2. cum ſeq. ff. d. donat inter vir. & ux. l. 3. l.* 10. *C. eod.* Verum Regula donationis inter conjuges prohibitiva ad ſolennia nuptiarum extendenda non eſt, Hartm. Piſt. *d. q.* 44. quarum contrahendarum favor omne firmat donatum inter perſonas deſponſatas, novoſque conjuges; qui vel conciliandi vel confirmandi amoris & honoris reciproci cauſa *l. quod adipiſcendæ cum l. ſeq. d. t.* muneribus invicem ſe reverentur. *arg. l.* 21. *verſ. in contrahendo matrimonio ff. eod.* Mev. *d. l. n.* 87. Carpz. *ſupra cit. tract. Dec.* 7. *poſ.* 1. *n.* 7. *ſeqq.* & Roman. *in conſ.* 146. qui ex dictâ *l.* 21. docet, donationem eorum, quæ neceſſaria ſunt ad contrahendum matrimonium inter ſponſum & ſponſam valere atque, inde infert, donationem annuli, quo de conſuetudine in contrahendo matrimonio uti ſolemus, de jure ſubſiſtere, quem refert & ſequitur Natta: *in conſ.* 817. *tom.* 2. add. Hart. Piſt. *c. l. n.* 9. ubi dicit: Donationem inter virum & uxorem de jure civili, ob privatam ſaltim utilitatem prohibitam eſſe *l.* 1. *& l.* 2. *d. donat. inter vir. & uxor.* & ideò conſuetudine vel ſtatuto facile tolli poſſe Bl. *in l. de quibus ff. d. ll.* quemadmodum enim moribus primum receptum eſt, ne inter virum & uxorem donationes valerent *d. l.* 1. *ff d donat. inter vir & ux.* ita moribus locorum reduci poteſt eorum uſus *arg. §. pen. d. J. N. G. & C.* Mev. *d. tit.* 6. *in. f. Rubr.*

XI. Eadem juris civilis ſubtilitas etiam ancipitem cauſam dedit quæſito: *Num muliere antè maritum defunctâ, res morgengabica ad heredes ejus transferatur?* donato ſiquidem haud exiſtente, nec dominio ejus mulieri competente, ſucceſſionis jure ad heres tranſmitti benè non poterit. *per l.* 54. *ff. d. R. J.* Sed eadem hic eſt reſponſio quæ ſuprà. Et quid multis? cum conſtitutiones & conſuetudines Pomeranicæ donato huic Morgengabico faveant. *d. t.* 12. von der Morgengabe quarum autoritati juris civilis apices parum in foro noſtro derogare valent; ſicut in ſimili loquitur Hartm. Piſt. *d. q.* 44. *n.* 7.

& 8. &

& 8. & Carpz. *d.poſ.* 1. *n.* 15. de ejus ſubſiſtentia amplius dubitare religioni nobis ducimus, eademque authoritate adjuti heredes, ſi cognatæ ante maritum defunctæ, relictas res morgengabicas petant, repulſam nequaquam ferent *concl.* 5. *d. t.* modo favorem hunc non ſibi indultum perſuadere patiantur, quando Morgengaba amplius non extat vel nunquam realiter mulieri tradita; ſed ſaltim promiſſa vel denique, aliundè mutuò accepta & poſteà Domino ſuo reſtituta fuit: his enim caſibus neque ipſam Morgengabam, neque ejus æſtimationem petere poſſunt. Unico igitur ſolùm caſu heredes hoc jus habent, ſc. quando donatum iſtud revera mulieri eſt traditum & poſt mortem ejus in ſpecie adhuc extat *d. concl.* 5. Similiter ſi donatio hæc Morgengabica in añuis feudi fructibus & reditibus conſtituatur, cum morte uxoris planè expirat & extinguitur, nec aliquid juris indè ad heredes tranſmittitur. *concl. ult. eod.*

XII. Cum autem donatio hæc non ex juris neceſſitate, ſed ex nudâ & libera dantis voluntate proficiſcatnr, ideo ſi nihil promiſſum reperitur, nihil quoque debetur, non enim ex eo ſolo, quod dari uſitata, aut certa æſtimatio ſtatuto præſcripta eſt, ſtatim peti poteſt. Mev. *c. l. n.* 42. add Carpz. *d. poſ.* 1. *n.* 19. hinc Magdeburgenſes: Wen der Mann das Weib bemorgengabet / ſo nimbt ſie Morgengabe aliàs non, v. Coler. *p.* 1. *deciſ.* 60. *n.* 64. Et ita pronunciatum *in cauſa* Jochim Belowen Wittbe *contra* agnatos *item in cauſa* Clauß Georg Zitzewitzen *contra* Jacob Zitzewitzen Creditor: Anno 1652. 1. Nov. *& in cauſa* Andreß von der Oſten *contra* Creditores paternos 31. *Octobr.* 1653. Si vero eadem promiſſa quidem ſit: ſed vel nimia vel incerta, nullâ determinatâ quantitate tunc ad modum & quantitatem dotis reducenda & moderanda erit, ita das etwa auf 1000. Fl. Ehegeld 50. zur Morgengabe verordnet werden. *v. concl.* 3. *ibid.* idque præcipuè in concurſu creditorum attendi debet, ſicut judicatum *in cauſa* Peter Kleiſten *contra* Creditores. 4. *Sept.* 1654.

XIII. Secundum præſcriptum hunc modum Morgengaba etiam conſtituenda eſt eo caſu, quo ſponſus fortè ſponſæ rem alienam ejus loco dedit quæ juſtam quantitatem nimis excedit, & poſteà etiam ab eadem iterum repetita & reddita eſt. *concl.* 5. *eod.* Hinc quia modo diximus, mariti promiſſionem requiri ad hoc, ut Morgengaba ab uxore peti poſſit; non immeritò Qu. *an in hoc noſtro caſu, quo mulier morgengabam iterum amiſit, pro ſufficienti probatione habendum ſit juramentum, quod ſuper ea præſtare parata eſt?* Et Reſp. Neg. niſi con-

feſſio

feſſio mariti vel in ſcriptis vel alias facta, aut alia probationis adminicula adſint; tunc enim ad juramentum ſuppletorium vidua admittitur; *concl. 6. d.t.* Et ita pronunciatum *in cauſa* Jochim Witten Wittben *contra* Gerdt Witten. add. quæ ſuprà de probatione dotis illatæ diximus. Denique antequã Morgengabam relinquamus, año tandum adhuc erit, ex quibus rebus ea præſtari debeat; & Reſp. quod regulariter hoc fieri debeat ex hereditate, modo deducto ære alieno tantum ſuperſit, quo caſu heredes etiam tenentur, licet ſit nimia: ſi vero poſt deductum æs alienum non remaneat in hereditate unde Morgengàba ſolvi poſſit; tunc ſi præſcriptã & legitimam quantitatem non excedat, in ſubſidium etiam feudi ſucceſſores obligati erunt. Confer. *concl. 1. cum concl. 4. d. t. 12.*

XIV. Inter lucra nuptialia quarto loco poſuimus mobilia & hereditatem die Fahrnus vnd Erbſchafft ex quibus vidua dimidiã accipit partem, per Conſt. Jul. §. Wo aber ſolches &c. verſ. Alsdañ ſoll &c. von allen was zur Erbſchafft gehörig/ſoll der Wittbe die helffte folgen/ quid autem ſub his vocab. Fahrnus vnd Erbſchafft comprehendatur, collige ex *concl. 1. tit. 14.* ubi dicitur, daß alle Erb vnd allodial auch beweg- vnd unbewegliche Stadtgüter / *concl. 2. eod.* an todter vnd lebendiger Haab (quę horum ſit differentia, videre licet ex ſententia publicata *in cauſa* Jochim Köllers *contra* Herman Lockſtäten Wittbe vnd Lehensfolger) außgenommen der Bahrſchafft (per quam intelligitur non ſolum pecunia parata, ſed omnia etiam debitorum nomina *concl. 1. tit. 16.*) Kleynodien/ Ketten/ Kleyder/ Bücher vnd Rüſtung (à quibus partibus omnibus vidua excluſa eſt per *d. conſtit. Julinenſ. & d. t. 16.*) darunter begriffen vnd verſtanden werden. Singulariter tamen hic etiam excipiuntur equi, boves, & cœtera inſtrumenta ruſtica, quæ ad arandum & colendum agrum, gleich der Bauren Hoffwehr/ in feudis manere debent, nec in diviſionem prædictam veniunt *concl. 3. eod.* Eſt autem hic ſemis, quem viduæ deberi ex dictis bonis diximus, pars bonorum & non hereditatis, antè enim deducendum eſt æs alienum quam computatio & diviſio fieri poſſit per *concl. 4. d. t.* & convenit in hoc cum Legitimâ & Falcidiâ in jur. civ. *l. 8. §. 9. ff. d. inoff. teſtam. l. 66. §. 1. ad L. Falc. l. 6. C. eod. ita in cauſa* Michel Kleiſten *contra* patris viduam & ſorores ſecundi matrimonii deciſum, daß Schulde ſo weit die Fahrnus reichet / bezahlet werden ſollen / *& in cauſa* Friederich von Wedels Lehensfolger *contra* deſſelben Wittben vnd Creditoren daß

Wittbe

Wittbe halbe Fahrnus ſub onere æris alieni nehmen müſſe / doch alſo / daß die Schulde ante diviſionem von der Fahrnus abgetragen / vnd die Creditores pro rata an die Wittbe nicht verwießen werden / hoc enim eſſet valde periculoſum. Hinc tamen iterũ excipit Conſt. Julin. §. Wo aber ſonſt keine wehren &c. d ß die helffte der Erbſchafft viduæ frey folgen ſoll / impenſas funebres & mercedes miniſtrorum domeſticorum, ita ut ſi alia debita non adſint, his non attentis viduæ dictus ſemis dari debeat. Conſentiunt etiam privilegia Nobil. §. Vnd da jemand.

XV. Extenditur lucrum hoc nuptiale (1.) ita, ut viduæ ſemis debeatur, etiamſi ex tribus matrimoniis liberi extent, *concl. 6. d. t.* 14. ſecundum quam pronunciatum *in cauſa* Carſten Köllers des jüngern Wittbe *contra* ejusdem filios item *in cauſa* Heidenreich Küſſowen Wittbe / *contra* filias *& in cauſa* Martin Repins / *contra* Oßwaldt Repins Wittbe (2) procedit etiam quando filiæ ex primo & ſecundo matrimonio, & filii & ſorores ſimul concurrunt, ſemper enim vidua ſemiſſem accipit, & alter inter heredes ab inteſtato pro rata dividitur, *concl. 6. eod.* (3) notanter ampliatur ita, ut quamvis diſpoſitio teſtamentaria in his bonis locũ non inveniat; quando defunctus vaſallus æs alienum reliquit, quemadmodum judicatum *in cauſa* Georg Krum̃els / als Friederich Krum̃els Lehensfolgers / *contra* hujus viduam *in puncto teſtamenti & legati* add. *concl.* 8. ibid. attamen, ſi nulla adſint debita, & defunctus maritus uxorem in parte aliqua eorum inſtituerit heredem, vel ipſi partem aliquam, etiam ſemiſſem prælegaverit aut mortis. c. donaverit, vidua primum, quod ipſi per ultimam mariti voluntatem relictum eſt, præcipere, & nihilominus ex reliquo portionem ſtatutariam ex privileg. Nobil. ſibi debitã capere poſſit. Et ita pronunciatum *in cauſa* Egidii Flemmings Landterben *contra* ejusdem viduam add. *concl. 9. d. t.* 14. (4) deniq; lucrum hoc extenditur, ut, licet regulariter etiam ea mobilia, quæ in dotalitio inveniuntur, in dictam diviſionem veniant per *concl.* 10. *eod.* tamen, quando per æs alienum mobilia & hereditas planè exhauriuntur & abſorbentur, ita ut nihil inde vidua conſequi valeat, ea quæ in dotalitio ſunt, retineat ad vitam & quoad uſumfr. v. *concl. ult. d. t.* 14.

XVI. Reſtant adhuc ex dictis lucris conſiderandi, Currus, Equi, & veſtes lugubres. Has quod attinet, non ſolum viduæ: verũ etiam filiabus dantur, idque ſive ex feudis migrent, ſive in illis maneant, *concl. 1, tit.* 13. Sumtus autem, quibus expediuntur, primò ſumendi

ſunt ex pecunia numerata, & deinde ex hereditate: ſi autem nec hæc ſufficiat, tum demum in ſubſidium feudi ſucceſſores tenentur, *concl. ult. eod.* præterea filiabus, quando de feudis decedunt, jure admodum ſingulari proſpectum eſt de habitationis mercede. Hauſmieth niſi jam ejus ratio habita fuerit in alimentorum conſtitutione *d. concl.* 1. Currus autem & Equi nullo modo ad filias pertinent, ſed viduarum proprii ſunt *ibid.* hi, ſi in hereditate inveniantur, inde ſumendi ſunt nec feudi ſucceſſores eorum præſtatione gravandi: ita pronunciatum *in cauſa* Bartholdt Lauttoſchl. *contra* Hans Lauttoſchl. Witbe *add, concl.* 2. *d. t.* Si vero in hereditate nulli equi aut currus extent, tunc ex pecuniâ numeratâ comparandi ſunt & preferuntur omnibus debitis exceptis funerum impenſis *concl.* 4. *eod.* deficiente etiam pecunia numerata ex communi hereditate, antequam cum vidua dividatur, ſumuntur, ita ut omnium ultimò & in ſubſidium ſucceſſores ex feudo eos præſtare debeant *concl.* 3. *eod.* ita deciſum *in cauſa* Gerdt Witten *contra* Jochim Witten Witbenn & *in cauſa* Rüdiger Maſſowen deß ältern Witben *contra* Creditores mariti. Quot autem & quales dandi ſint, ſi partes inter ſe convenire haut valeant, arbitramento Sereniſſimi vel Judicis relinquendum eſt, qui id pro varietate circumſtantiarum, utpote pro quantitate bonorum mariti ejuſque dignitate æſtimabit *d. concl.* 3. quoad Equos tamen hoc ſpecialiter ita obſervatur, quod poſtquam rei expeditoriæ equus datus, optimi ex reliquis viduæ dandi ſint. Et ita pronunciatum *in cauſa* Jochim Köllers *contra* Herman Lockſtädten Witben & *in cauſa* Andres von der Oſten *contra* Creditores paternos add. *concl.* 5. *d. t.* 13.

XVII. Circa lucra hæc nuptialia jam Q. *an vidua iis frui poſſit etiam eo caſu quo nihil dotis loco marito attulit?* quæ quæſtio affirmativè deciſa reperitur *in concl.* 5. *tit.* 6. ſecundum quam etiam judicatum eſt *in cauſa* Heidenreich Küſſowen Witbe *contra* filios. De eo autem, an electo licet dotalitio vidua nihilominus jura hæcce retineat, major eſt controverſia, de mobilibus tamen & hereditate id affirmat *concl.* 10. *tit.* 14. cum qua Conſiliarii & Deputati conſentiunt. Et de anno gratiæ idem dicit Conſtit. Julin. verſ. die Frawen ſollen das eröffnete Lehengut nach geendigtem Gnaden Jahr räumen vnd ſich ins Leibgeding begeben. De cæteris verò eadem Conſt. hoc negare videtur, (1) quia verſ. wo aber ſolches ꝛc. in quo dicta lucra viduæ attribuuntur, ſolùm loquitur de eo caſu, quando vidua non habet dotalitium (2) propter illa verba: ſoll ſich daran begnügen laſſen/ ſcil. quæ habet dotalitium, v. etiam *concl.* 8. *t.* 17.

XVIII. In-

XVIII. Indignam autem vidua ſe facit hiſce lucris, ſi publicè ſtuprari ſe patiatur, aut aliàs turpiter vivat, ita ut, ſi jam tum ea acceperit, reſtituere: ſi non, iis carere teneatur. *concl.1. tit.22.* add. Weſemb. *parat. ff. de jure dot. n.1. ibique alleg.* Br. Bl. Salic. & Jaſ. *ad l.27. C. d. fideic.* Et eo caſu hæc lucra tanquam caduca pro dimidia tantùm parte Principis fiſco obveniunt, & altera dimidia penes mariti heredes remanet. *concl 2. eod.* Porrò quid obtineat, quando mulier ad ſecundas tranſit nuptias, in aliquibus ſpeciebus jam ſuprà attigimus, quod hîc ſaltim generaliter repetere placet. Uxor enim ſi ſecundo nubat, liberis extantibus, etiam de jure communi perdit proprietatem eorum quæ à marito defuncto titulo lucrativo conſecuta eſt, ſolo uſufr. apud ipſam remanente *per text. in l. feminæ §. illud C. d. ſecund. nupt. & in auth. ex teſtamento. C. eod.* add. Gail. 2.O.98. *n.1. ibique alleg.* proprietatem verò quam amittit ſecundo nubendo, tenetur reſervare filiis primi matrimonii ſuperſtitibus. *d.l. feminæ.* Decius. *conſil.87. n.3.* Unde patet nuptiarum repetitionem, præſertim in mulieribus, ſatis eſſe odioſam & legibus inimicam, tametſi nullo jure prohibita ſit, *text. eſt in Nov.22. c.40.* ubi dicitur mulierem nuptias repetentem tria negligere, videlicet Deum, defuncti memoriam, & charitatem filiorum, & *in c.43. d. Nov.* animam defuncti mariti nuptiis repetitis contriſtari: conſentiunt cum his conſuetudines provinciæ noſtræ ſicut apparet *ex concl.3. d.t.22.* add. duplic. Illustrissimi Barnimi *fol.36. lit.* C. ubi, quod teneantur talia lucra liberis primi matrimonii reſervare. Et ita pronunciatum *in cauſa* Graff Wolffgangs Wittbe *contra* Graff Georg Caſpern & fratres ejus, *& in cauſa* Martin Repins *contra* Oßwaldi Repins Wittben/ item *in cauſa* Sukowen/ nomine ſui pupillli Heinrich Käßecken Sohns *contra* Jochim Mellenthin. Ex quibus ſequitur, ſi nulli adſint filii ex primo matrimonio, quod tunc indifferenter lucra iſta retineat, tam quoad proprietatem, quam quoad uſumfructum.

Caput VI. & Ultimum.

De Jure Prælationis atque Retentionis.

I. Singularitatis quicquid unquam pro conſervanda & recuperanda dote jura conceſſere, parum feminas juvabit, ſi non etiam in concurſu Creditorum de præcedentia illis ſit proſpectum, ne alii

fateri neceſſum habebit quiſquis, cui ignotum haut eſt jus tacitæ hypothecæ, qua etiam in feudis, ſicut jam *ſupra c.* 8. demonſtravimus, ex ſingulari beneficio atque privilegio, non modo dotis ſed & bonorum paraphernalium & omnium lucrorum nuptialium nomine, feminis in foro noſtro ſubvenitur: Unde chirographariis omnibus pariter & hypothecariis expreſſam anteriorem hypothecam non habentibus tam in feudalibus quam hereditariis rebus præferuntur *t. t. 9. d. prælat. mulierum &c.* Et in puncto dotis ita pronunciatum eſt *in cauſa* Jochim Berſſen zu Bürzlaff Creditoren *contra* ejus filium Adam Berſſen & filias. In puncto augmenti etiam tale præjudicium habemus *in cauſa* Jürgen Zitzewitzen Wittben *contra* Mariti Creditores & *in cauſa* Andreas Hechthauſen Creditoren *contra* ejus viduam; item *in cauſa* deſſen Söhnen *contra* Jürgen Zitzewitzen Erben/Lehnsfolger vnd Wittben. add. d. conſuet. March. Schepl. *tit.* 33. §. 10. *n.* 3.

II. Excepimus expreſſam anteriorem hypothecam, nec ſingulare hoc eſt in noſtra Provincia obſervatum, ſed ubique ferè terrarum ab omnibus probatum & lege quaſi univerſaliter receptum, ut ſi debitum præcedat dotis conſtitutionem, potior ſit cauſa hypothecarii expreſſi, cujus conditio per dotem deterior fieri non magis potuit, quam conditio mariti per creditorem uxoris, ut eleganter tradit Anton. Fab. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 8. *defin. un. n.* 4. & ex eo Carpz. *dec.* 5. *poſ.* 4 *n.* 19. *& ſeq.* Et ita etiam in terris Saxon. lege publicâ Electorali deciſum eſt, quam exhibet *Conſt.* 28. verſ. allen andern glaubigern *p.* 1. *& Ordin. Proceſſ. judic. tit.* 43. *in pr. verſ.* aber gleichwol nicht denjenigen. Accedit quod etiam de jure civili mulieres, tacitam licet in bonis mariti ex lege hypothecam habentes, prioribus Creditoribus expreſſam hypothecam habentibus cedere teneantur Gloſſ. *in l. aſſiduis C. qui pot in pign.* Et idem quoque cum magna magnorum juris Sacerdotum natione teſtatur Gail. 2. O. 25. *n.* 10. quibus add. Weſemb. *parat. ff. qui potior. in pign. n.* 3. Rauchb. *p.* 2. *q.* 30. *n.* 4. *& ſeqq.* Schneidvv. *ad.* §. 29. *J. d. act. n.* 57. *& ſeq.* licet enim nonnulli contra Gloſſ. Br. & alios concludant, propter generalitatem *d. l. aſſiduis. & l. in rebus. C. d. jur. dot.* ut & alias rationes per eos allegatas: tamen priorem opinionem juri ſcripto, rationi & æquitati magis conſentaneam eſſe dicit Gail. *c. l.* quia privilegium dotis, uxori legis proviſione datum, non debet excludere proviſionem hominis & expreſſam conventionem temporis prærogativâ firmatam: alias multi creditores contra bonam fidem iniquè deciperentur. Nec ita favendum doti fuit, ut

aliis

aliis injuria inferatur. *c. ex tenore* 11. *X. d. for. compet.* quare nec in pronunciatis ſuis Cameram Imperialem ab hoc obſervato unquam receſſiſſe, fidem facit prælaud. rerum Cameralium ſcientiſſimus A. Gail. quanquam contrarium affirmet Mynſ. 4. O. 13. cujus teſtimonio etiam fidē facit C. J. A. *Tit. qui pot. in pign. n. 6. & plures alii ibid. alleg.*

III. Quod autem ad reliquos, qui vel expreſſo vel tacito pignoris jure; ſed poſteriori muniti ſunt: proceditur ex regula in concurſu creditorum vulgatiſſima, quâ inter pares, qui prior eſt tempore potior quoque habetur jure *cap. qui prior X. d. R. J. in ſexto. l. 2. l. 12. ff. qui pot. in pign.* Et in hoc præcedentiæ paſſu non habent mulieres, ut de ſpeciali favore glorientur; At benè, ſi progrediamur ad jus prælationis doti ſpecialiter indultum, ex quo hypothecarios etiam anteriores tacito pignore privilegiatos ſecundo poſt ſe relinquit loco mulier, dotem in concurſu creditorum ex bonis mariti repetens. *l. 12. C. d. t. l. un. §. 1. & ſeqq. C. d. rei uxor. act.* inverſo ſanè prioritatis ordine, ac præcedentia, quam prior hypothecarius jam obtinuerat, ei rurſus erepta. Nec tamen ſine rationis ſpecie tam jus civile, quam conſuetudines noſtræ hoc feminarum privilegium introduxerunt, quia facilius tacitæ hypothecæ jus per legem aut conſuetudinem contrariam, quam propriâ conventione quæſitum, immutari poſſe videbatur, *l. 2. §. meritò & § ſi quis a principe. 16. ff. ne quid in loc. publ. l. 2. C. d. prec. Imp. offer.* Ant Fab. *loc. alleg.*

IV. Anxiè hic ſemper à Dd. diſputatum fuit; à quonam tempore privilegium hoc tacitæ hypothecæ vel prælationis quod mulieri ratione dotis competit, incipiat. Primò fuerunt, qui ſtatuerunt, quod hoc privilegium à tempore promiſſionis incipiat; alii dixerunt privilegium tacitæ hypothecæ vel prælationis mulieri non niſi ab eo tempore competere, quo dos reverà & actualiter fuerit ſoluta & numerata per text. *l. ſi conſtante 19. in med. verſ. jura enim hypothecarum C. de donat. ante nupt.* & quoſdam alios. Tertia denique eſt opinio eorum, qui dicunt, quod privilegium hoc, nec à tempore promiſſæ nec à tempore numeratæ dotis, ſed à die nuptiarum & à tempore contracti & conſummati matrimonii incipiat: Quam ſententiam etiam pu-

V. Cum autem beneficia atque privilegia, quantum fieri poſſit, pleniſſimè interpretada ſint. *l. ult. ff. d. Conſt. principũ. l. ex fact. in pr. d. vulg. & pupil. ſubſt.* jus hoc prælationis, quo doti mulieris in benis mariti proſpectum, ad obitum ejus reſtringi nolumus: ſed etiam vivo adhuc illo & ad inopiam vergente effectum ſuum operabitur, ſiquidem jam tum pro civiliter mortuo habetur, ſicut *ſuprà* oſtendimus, ita ut perinde mulieris ratio hîc habenda ſit, atque ſi maritus naturaliter fato ſupremo eſſet perfunctus Mod. Piſt. *p. 2. q. 62. n. 7.* idque tam ex generalitate ſanctionis Imperatoriæ *in d. l. aſſiduis.* Carpz. *d. l. poſ. 5. in pr.* quàm potiſſimum ex ſpeciali & expreſſà Conſtitutionũ noſtrarum ad hunc caſum factâ extenſione *in concl. 22 tit. 7.* Aliud tamen ratione meliorationum dicendum eſt de ejus heredibus, quando in jam ficto caſu mulier ante maritum moritur, *per concl. ſeq. 23. d. t.* licet id non ſit regulare. Nam adeò oſſibus mulierum hoc privilegium non adhæret, ut non liberos earundem participes ejus dicamus. Gl. *in §. 29. J. d. act. ſuper verb. cum ipſa. & in d. l. aſſiduis ſuper verb. exceptis. item in l. 1. C. d. privil. dot.* & probatur etiam per textum expreſſũ *in d. l. aſſiduis. §. exceptis & ibi* Dd. Neguzant. *Tr. de pignor. membro. 4. n. 94.* ubi ſubjicit tale privilegium non tranſire ad filios alterius; ſed ejuſdem matrimonii add. Br. Bl. & Ang. *in l. 18. ff. ſolut. matrim.* qui dicit non ſolùm filiis primi gradus hoc jus competere; ſed etiam cæteris deſcendentibus per text. *in auth. ſi quidem. verſic. ſeu qualibet ſoboles; C. qui pot. in pign.* hos noviſſimè ſequuntur. Schneid. *ad d. §. fuerat 29. J. d. act. n. 68. & 69.* ubi hanc communem eſſe concluſionem dicit, quam etiam tenet Carpz. *c. l.* qui omnes tamen ſubſiſtunt in liberis, nec heredibus aliis vel aſcendentibus vel collateralibus hoc jus accommodare volunt. Verum & in heredum perſonâ beneficium ſuum latiſſimè ſanè interpretandum jubent Conſtit. Pomeran. dum jus hoc prælationis indiſtinctè omnibus mulieris heredibus tribuunt, ſ. deſcendentibus ſ. aſcendentibus ſ. collateralibus *concl. 4. d. t.* Et tale præjudicium extat *in cauſa* Martin vnd Caſpar (Vatter vnd Sohn) der Zitzewitzen *contra* Creditores.

VI. Ulterius hoc prælationis jus extenditur etiam ad Vaſalli ſorores & filias; adeò ut illæ ratione promiſſæ dotis omnibus Creditoribus fraternis in bonis patris præferantur *v. concl. 14. tit. 3.* Et ita judicatum *in cauſa* Martin Schielen nomine uxoris *contra* Jochim Glaſenappen *& in cauſa* Wedige v. Wedels *contra* Heinrich Borcken. Non vero præferuntur Creditoribus paternis; Dotis enim

quantitas

quantitas pro modo facultatum patris conſtitui debet, antè deductum autem æs alienum ſciri non poteſt, quantum in bonis pater habeat. Rauchb. *p.* 1. *q.* 58. *n.* 49. Hinc ſequitur etiam debita fraterna paternis cedere juxta Reg. ſi vinco vincentem te, te quoque vinco *l. de acceſſionibus* 14. §. 3. *ff. d. diverſ. & tempor. præſcript.* imò ſi cum vidua Vaſalli ſorores concurrant ipſi præferuntur, propter jus tacitæ hypothecæ quod prius obtinuerunt, per vulgat: qui prior tempore, potior jure: *v. concl.* 5. *eod. Ita pronunciatũ in cauſa* Friederich Köllers Witben *contra* mariti Creditores: ubi ſorores prælatæ ſunt viduæ: add Coler. *Deciſ.* 277. ubi in fine dicit: ſororem eſſe præferendam, quia ſororem dotare eſt onus feudale, adeo ut agnatus etiam teneatur illud ſolvere, quantumvis non ſit heres debitoris vel promiſſoris, quia eſt onus feudi; allegat in hunc finem Matth. d. Afflict. *in c. ſi contigerit. n.* 11. 2. *F.* 45. *& in c. cum de re aliena* §. *quid ergo. n.* 5. ibidemque Andr. d. Iſerniâ 2. *F.* 8. vide etiam non aliena à propoſito apud. Rol. de valle *quæſt.* 58. *n.* 1. *ſeqq.* Si vero filiæ ex imò matrimonio concurrant cum vidua ſecundi matrimonii, illæ ratione bonorum maternorum indiſtinctè quidem huic præferuntur: Verum ratione dotis non aliter, quam ſi dos illis à patre conſtituta fuerit, antequam uxor ſecundi matrimonii ſuam intulerit, idque iterum ſecundum jura communia propter temporis prioritatem. add. *concl. ult. d. t.* 9. Quale præjudicium habemus *in cauſa* Georg Pirchen *contra* Schwaſen/ubi deciſum, daß das Mutter Erbe cæteris Creditoribus præferiret werde.

VII. Nec hic diſſentiunt, quantum ad filias, Dd. illi, quos *ſupra* tacitam in feudis hypothecam negare diximus, ut ut enim de jure feudali eam in feudis locum non invenire poſſe ſuſtineant: quoniam tamen officium dotandæ filiæ eſt onus feudi, ita ut hodiè filiæ ex inveteratâ conſuetudine de feudis debeant dotari per ſuprà alleg: Ideoque rectè concludunt, quod filiæ ratione dotis, non quidem propter tacitam hypothecam, quam in feudis non habent, ſed propter onus illud feudi, & jus feudo inhærens reliquis creditoribus, quibus poſteà feudum expreſſe cum conſenſu Domini & ag-

tentionis, quod feminis in feudis competit, ſicco pede haut prætereundum eſt; Nec minimũ id ipſum executionis, quantumvis privatæ, actum ſapit, Coler. *d. proceſſ. Execut. p.* 1. *c.* 2. *n.* 214. quâ res feudales mariti aut patris in manibus ſuis exiſtentes, filia vel uxor tamdiu retinet ac firmiter capeſſit, propriâ quaſi authoritate, non dimittendo eas ex ſua poſſeſſione, donec ſibi de dote ejusque augmento, dotalitio, aliisque rebus & beneficiis quæ ex feudis vel per conventionem juſtam cum eorum hypotheca conjunctam vel ſecundum regionis morem, e. g. ex Ducatus Pom. conſuetudine vel conſtitutione Provinciali pendenda ſunt, plenariè ſatisfactum fuerit: v. *Conſt. Pomeran. d. t.* 8. *d. jur. Retent.* & privilegia Nobil. §. Da ſichs auch zutrüge. quibus add. Cothm. *vol.* 1. *Reſp.* 50. *num.* 181. & *Reſp.* 8. *n.* 60. *ſeqq. vol.* 4. atque ita ſentiunt communiter Dd. in ſuis commentariis, tractatibus, conſiliis, Reſponſis & deciſionibus, ſicut apparet ex allegatis apud Cothm. *d. Reſp* 8. *vol.* 4. Rauchb. *p.* 1. *q.* 38. *n. ult.* ubi etiam præjudicium Univerſitatis Witteberg. alleg. Berlich. *p.* 2. *concl. pract.* 32. *n.* 29. Schult. in addit. ad Mod. Piſt. *p.* 3. *q.* 120. *n.* 22. & Vult. *L.* 1. *c.* 10. *n.* 63. Ab aliis etiam non inepte jus hoc retentionis, ſpecies exceptionis dicitur, quâ intendimus defendere rem, quam tenemus, donec nobis de debito vel jure noſtro ſatisfiat *l.* 1. *C. etiam ob chirographar. pecun. pign. l.* 5. *l. ult. C. in quibus cauſis pign. tac. contrah.* Rauchb. *d. p.* 1. *q.* 32. *n.* 22. ubi in fin. addit, eam non elidi poſſe per replicationem non factæ excuſſionis bonorum, allegatque Bl. & poſt eum Neguzant. *Tr. d. pignor. part.* 5. *memb.* 1. *n.* 29.

IX. Sive itaque illud, ſive hoc malueris, ſufficienter inde feminis proſpectum de dote aliisque juribus, in tantũ ut bonis etiam feudalibus haut egredi debeant, priusquã hæc illis pleniſſimè reſtituantur Anton. Neguzant. *d. p.* 5. *memb.* 4. *n.* 5. & Mynſ. 6. O. 45. *n.* 5. Et ſi quod res eſt diſſimulare nolimus, vires etiam ſuas hoc exerit in caſu, quo filiæ dote ſibi promiſsâ, nondum tamen ſolutâ ex feudis migrârunt, aut vidua ab heredibus mariti poſſeſſione dejecta fuerit vel blandis ſermonibus quaſi heredes dotem ejus ſtatim ſoluturi eſſent, perſuaſa deceſſerit: licet enim tum retentio propriè dici non poſſit, ſicut jam ſuprà diximus: Attamen vel ſaltem reſtitutione, novaque, Judicis authoritate factâ, immiſſione, ipſis ſuccurrendum eſt, ut jure retentionis pro conſequendis ſibi debitis uti poſſint prout innuit *Dec. conſ.* 400. *n.* 6. Coler. *d. proceſſ. Execut. p.* 1. *c.* 2. *n.* 222. ubi ita menſe Junio Anno 1580. in Dicaſterio Jenenſi

cuidam

cuidam mulieri Buestadienſi reſponſum teſtatur. Berlich. *d. concl.* *32. n. 4.* Carpz. *d. Tr. Dec. 9. poſ. ult. n. 6. & 7.* & Hartm. Piſt. *obſ.* 107. *n. 8. & ſeqq.* His accedit diſpoſitio & conſtitutio provincialis in Ducatu Pomeraniæ, quâ hoc diſertè probatur, v. *concl. 2. tit. 8. d. jur. retent.* ubi præterea hoc caſu jus tacitæ hypothecæ retinere dicuntur. Imò jus retentionis nihil aliud eſſe, quàm tacitum quaſi pignus aſſeruit Schneidvv. *Tr. de feud. p. 7. n. 20. ibi. quod tamen de jure Saxon. &c.* & ex eo Berlich. *d. concl.* 32 *n. 25.* & Jac. Schult. in addit. ad Mod. Piſt. *p. 3. q.* 110 *n. 22.* Idemque quoque obtinet, quando mulieri de iis quæ poſt mortem mariti illi debentur, vel fidejuſſoribus, vel pignoribus cautum fuit, ita ut ea ſucceſſoribus feuda ceſſerit: adhuc enim jus tacitæ hypothecæ in illis retinet, & immiſſionem de novo petere poteſt., præjudicium habemus *in cauſa* Reimar von Weldes Witthen / *contra* ejuſd. ſucceſſores add. *concl. 11. d. t.* & Berlich. *d. concl. 32. n. 15. & ſeqq.*

X. Pleniſſimum itaque & favorabiliſſimum jus hoc ſingulare eſt feminis, quod non ſolùm pro dote & aliis, quas modo commemoravimus, rebus, ſed etiam pro ipſis paraphernalibus illis conceſſum *concl. 6. d. t.* add. Rauchb. *p. 1. q. 33. n. 22.* Weſemb. *p. 2. conſ.* *77. n. 9.* Carpz. *d. p. ult. n. 9.* Berlich. *d. l. n. 5.* Mynſ. 5. *Obſ.* 4. *n. 3.* Schepl. *tit.* 34. §. 10. *n.* 4. at pro reliquis rebus & beneficiis, puta Fahrender Haab & ſimilibus jus retentionis vidua non habet. Ludov. Fachſius *conſ. 6. n. 3. & 4.* niſi more provinciæ receptum probet, ut debitoris defuncti bonis allodialibus ad æs alienum ſolvendum non ſufficientibus, reliquũ ex feudalibus bonis pendatur. Cothm. *vol. 1. Reſp. 50. n. 182. cum ſeq.* Deinde hoc privilegium etiam procedit in iis feudis, quæ defunctus Vaſallus jure pignoris tenuit, aut ſub pacto retrovenditionis emit *concl.* 10. *eod.* Nec tantum in rebus feudalibus; verum etiam in hereditariis, adeoque & ipsâ pecuniâ numerata: *concl.* 5. *ibid.* Obſervandum tamen hîc eſt, quod uxor pro dote vel aliis rebus non quidem omnia & univerſa mariti bona, ſed aliqua ſaltim pro rata occupare & retinere poſſit. Berlich. *d. concl.* 32. *n.* 10. Rauchb. *p. 1. q. 33. n.* 28. Coler. *d. c. 2. n.* 224. *&* 229

ita communiter teneri. Nec contrariantur his Conſtit. Pomer. eo caſu, quo adhuc alii Creditores concurrunt; ſi autem hi non adſint, tunc vidua indiſtinctè in omnibus bonis jure retentionis gaudet. v. *concl.* 3. *d. t.* 8.

XI. Ulterius hoc Retentionis jus extenditur ita, ut non tantum ipſi uxori, ſed etiam heredibus ejus competat. Molignat. *d. Tr. d. retent. quæſt.* 30. *& ſeq.* Mynſ. 6. O. 82. *n.* 2. Socin. *conſ.* 158. *n.* 1. *& ſeqq.* Dan. Moller. ad Conſt. Sax. *p.* 2. *conſt.* 25. *n.* 6. quamvis autem hi Dd. de deſcendentibus tantùm loqui videantur; Idem tamen de quibusvis aliis, etiam extraneis heredibus ſtatuit Berlich. *d. concl.* 32. *n.* 8. Quoniam ſub appellatione heredum etiam extranei continentur, niſi ſpecialiter excipiantur, *l.* 7. *§ ult. in f. ff. d. condict. furt.* Deinde quia jus retentionis tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, ut paulò poſt dicetur. E. multo facilius ad univerſalem etiam extendendum, & hæc Berlichii ſententia ſpecialiter etiam in foro noſtro confirmata eſt, ita ut omnes omninò uxoris heredes tam in linea deſcendenti quā aſcendenti & collaterali, itē extranei, eodem, quo ipſa, jure atq; modo retentionis privilegio uti valeant. *d. concl.* 4. *ibid.*

XII. Quod autem jus retentionis alii cedi, & ad ſucceſſorem ſingularem transferri poſſit, multis oſtendit Berlich. *c. l. n.* 10. *ſeqq.* Eſt enim vulgatum: quod, quę ſunt transmiſſibilia, eadem ſint etiā ceſſibilia. Br. & Dd. comuniter *in l.* 42. *ff. d. adminiſt. tut. & in l.* 1. *C. d. jur. dot. n.* 7. Neguzant. *p.* 2. *memb* 4. *n.* 32. *ſub fin.* Deinde quia etiam is, qui jus retentionis ratione impenſarum vel melioramentorum habet, illud in alium cedere & transferre poteſt, Neguzant. *d. l. n.* 23. Molignat. *d. retent. quæſt.* 81. 91. *&* 344. *per tot.* E. hoc multò magis obtinebit in dote, quoniam dos & ejus beneficia majore favore & privilegio gaudent, quam aliorum res & beneficia, & ita in terminis tradit Surd. *conſ.* 4 *n.* 8. Mynſ. 6 O. 82. *n.* 2 Jac. Schult. *pract. quæſt.* 13. *n.* 10. *& ſeq.* plura v. apud Berlich. *d. l.* Ex ſpeciali autem Pomeraniæ conſuetudine, hujus beneficii ceſſio, quæ extraneo fit, ita reſtringitur, ut non aliter valeat, quā ſi ſucceſſores in mora ſolvendi ſint, nec mulieri ratione dotis, aliorumq; jurium ſatisfaciant *concl.* 13. *h. t.*

XIII. Tandem hoc retentionis privilegium adhuc ita ampliatur, ut filiabus in feudis paternis competat; etiamſi pater filios feudi ſucceſſores reliquerit, *per concl.* 1. *d. t.* 8. quod antea dubitationem accipiebat ex Nobil. privileg. d. §. da ſichs auch zutrüge/ quippe qui ſolum loquitur de eo caſu, quo Vaſallus ſine heredibus deſcendentibus deceſſit, ohne Leibes Lehens Erben.

XIV. Co-

XIV. Coronidis loco hîc adhuc Q. *num feminæ de fructibus, tempore retentionis perceptis, rationem reddere cogantur, & quid inde lucrentur?* *Prius* membrum affirm. tam de jure communi, quam ſpeciali Pomeranic. de illo conſule ſis Coler. *d. proceſſu exec. p. 1. c. 2. n. 224. cum ſeq & n. 232.* Berlich. *p. 2. concl. pract. 32. n. 22. ſeqq.* & Rauchb. *p. 1. q. 33. n. ult.* De hoc verò idem conſtat *ex concl. 7. tit. 8. junct. concl. 15. tit. 3.* Et ita aliquoties pronunciatum eſt, *ut in cauſa* Aßmuß Woperſnowen *contra* deſſen Mutter vnd Schweſtern *& in cauſa* aller Belowen *contra* Jürgen Krummels Witben *item in cauſa* Reimar v. Wolden Witben *contra* ejus ſucceſſorem, ſunt enim Creditores; Ergo rationem reddant, neceſſe eſt.

XV. Patitur autem hoc notabilem exceptionem eo caſu, quando ſucceſſores ſunt in mora ſolvendi dotem, aliaque feminis debita; tunc enim hæ ab onere rationum reddendarum liberæ pronunciantur *in concl. ſeq. 8. d. t. 8. Et ita etiam judicatum eſt in cauſa* Frantz Borcken Witben zu Panſihn *contra* Heinrich Borcken Witben *& in prædictâ cauſa* Reimar v. Wolden Witbe *contra* ſucceſſores. add. Berlich. *d. concl. 32. n. 26. & ſeq.* Neguzant *d. pignor. d. p. 5. memb. 5. n. 18.* Et hinc jam facilè reſponderi poteſt ad illam Q. *an feminæ, ſi eo tempore, quo feuda jure retentionis poßident, caſus dividendæ hereditatis apud ruſticos contingat; illud etiam lucrentur, quod Vaſallus ordinariè ex eorum hereditate percipit?* eo enim caſu, quo ad rationes reddendas obſtrictæ ſunt, etiam has res tanquam fructus perceptos in illas referre tenentur. Secus autem eſt, quando fructuum perceptorum nomine nullam rationem reddunt, tunc enim & res iſtas lucrantur perindè ut in *anno gratiæ*, quo tale lucrum tanquam fructum Juriſdictionalem retinere permittuntur. v. *concl. ult. ibid.*

XVI. Ad *alterum* primæ Qu. membrum quod attinet, jure communi ſolis & nudis alimentis feminæ contentæ vivere debent, fructusque reliquos qui poſt alimentorum ut & impenſarum deductionem ſuperſunt heredibus Vaſalli reſtituere, vel in ſum-

judicia habemus *in cauſa* Reymar von Woldes Witteben/*contra* ejus Lehensfolger / *& in cauſa* Gerdt Witten *contra* Jochim Witten Witben/ *item in cauſa* Jacob Schnellen / *contra* Creditores, in quibus viduis uſuræ pro dote ejusque augmento à tempore obitus mariti adjudicatæ fuere.

XVII. Præterea ſingulariter conſtitutum, ut ſervi proprii, qui poſt obitum Vaſalli in feudis reperiuntur, etiam per id tempus, quo vidua vel filiæ jus retentionis exercent, penes feuda remanere debeant, nec inde à ſucceſſoribus avocari poſſint. *concl. 12. d. t. Ita pronunciatum in cauſa* Reimar Mellihns Erben/*contra* deſſen Witteben vnd Töchter Vormünder/ *item in cauſa* Henrich Borcken Witteben / *contra* Frantz Vorcken / quemadmodum nec ipſi viduæ vel filiabus hoc tempore illos manumittere permiſſum eſt, & hoc ad exemplum ejus, quod de anno gratiæ ſtatutum eſt in Conſtit. Julin. v. *concl. 9. d. t.* 8. præjudicium extat *in cauſa* Egidii Flemings Lehensfolger/*contra* ejus viduam. add. etiam Rothſchitz. *d. dotalitio artic. 5. n. 3. &* de conſuet. March. Scheplitz. *p. 3. tit. 2. §. 11. n. 9.*

XVIII. Et ita duplex commodum ex jure retentionis feminis cedit: & aſſecurationis de dote aliisvè ſibi ex bonis mariti vel patris feudalibus competentibus; & alimentationis; quod alii, quicunque etiam fuerint, jus retentionis exercentes, nequeunt ſibi ſpondere, contenti ſolâ aſſecuratione, nec quidquam alimentorum inde ſperantes, effectu hoc juri mulierum ſingulari relicto. Et hucusq; de juribus feminarum ſingularibus in feudis, quæ, ſi ipſis grata ſint & accepta, faveant: ſin minus, ignoſcant nobis poſthàc tacituris. Si quid autem vel ratione methodi, vel ipſius materiæ incongruè poſitum hîc reperiatur, ſuper eo æquum Lectoris æqui imploramus judicium, expectamus admonitionem, nunquam enim quis citiùs nos errantes monebit, quam nos monentem ſequemur. Cum etiam facilè evenire poſſit, ut non omnia quę ex Concluſionibus noſtris Pomeranicis hactenùs tractavimus, in obſervantiâ & uſum venerint, vel etiã quędam deſuetudine iterum adumbrata ſint, quod jam per ætatem nobis ſcire nondum licet; hinc eorum cenſuram, latioremq; ſuppletionem tempori futuro, quod alia ſuppeditabit, volente Deo, hâc materiâ digniora, benevolentiæ Candidi Lectoris commendamus. Sic in eo quo cœpimus nomine etiam nunc finimus.

Dei ſcilicet Triunius, Cui ſit Laus & Gloria in æternum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE